





1. Wittenbergensis, theologiae facultatis  
 refutatio libelli Calviniani  
 de Coena Domini, Wittenb.  
 1597.
2. Gernerii s. Salom. s. Diss. de  
 reliquijs s. Matris Ecclesiae  
 Romanae, Wittenb. 1597.
3. 

---

 Diss. de uno et  
 trino Deo, Wittenb. 1593.
4. Lelij s. Laur. s. Theses de  
 sacramento Coenae Domini.  
 Wittenb. 1596.
5. Runzj s. Dav. s. Diss. et Epist.  
 pauli ad Romanos Wittenb.  
 1596.

T H E S E S  
D E V N O E T T R I N O  
D E O , I N Q V I B U S I S T A  
capita examinantur:

- |                               |   |
|-------------------------------|---|
| 1. An sit Deus.               | 7. Que Dei omnipotentia.                    |
| 2. Quid sit Deus.             | 8. Que Dei Iustitia.                        |
| 3. Quomodo vocetur.           | 9. Que Dei <i>Ἐλεος</i> & bonitas.          |
| 4. Que DEI essentia & natura. | 10. Que Dei omnipresensia.                  |
| 5. Que Dei sapientia.         | 11. Que Dei ira, letitia, zelus &c.         |
| 6. Que Dei voluntas.          | 12. Quomodo corporea membra Deo tribuantur. |

De istis, eodem Vno & TRINO DEO auxiliante,  
M. SALOMON GESNERVS, S. THEO-  
logiæ Professor in Academia Vitebergensi pro loco in facultate  
Theologica differet: Respondente IOHANNES VVES-  
SELO Stralsundensi Pomerano XIII. Iulij,  
Anno 1593.

De reliquis, que ad articulum de DEO & sacrosancta Trinitate in verbo  
DEI nobis revelata sunt, agetur cum alijs tribus alijs disputatio-  
nibus sequentibus.

15



93+

V V I T E B E R G A E,  
Excudebat Matthæus Welack.



CAPUT PRIMUM  
De officio iudicis

15  
93  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

mo  
tat  
tat  
de  
ror  
am  
de  
  
cie  
r E  
oy  
Gr  
co  
ch  
  
E  
su  
ra  
un  
re  
le



CAPVT PRIMVM.  
Scopus, materies & methodus institu-  
tæ disputationis.

I. *Thesis an de DEO differendum:*  
*ἀποφατικῶς.*



Vando audimus à Spiritu sancto affirmari, quod Deum a nemo viderit vnquam, & quòd animalis homo non percipiat ea, b que sunt spritus DEI, imo ne quidem possit cognoscere. Non debemus propterea cum Atheis ex insipiente sapientia apud animum nostrum dicere: non est c Deus, vel cum Simonide omnem a de DEI natura & essentia desperare veritatem, neq; etiam in mirabilem illam Rhetorianorum e vanitatem delabi, quæ omnes hæreticos rectè ambulare & vera de DEO rebusq; divinis dicere affirmat: Quem impium errorem non modo Cinglius & alij errarunt, sed Calviniani etiamnum defendunt, ut res eò spectare videatur, ut tandem eodem loco sit Alcoranus & Paganismus cum Christianismo.

a) ioh. 1. 8.  
b) 1. Cor. 2. 14.

c) Psal. 52.  
d) Cic. N. D. 1.

e) Aug. de hæres. ad Quod. vult. c. 72.

II.

Neque propterea pius magistratus eiusmodi decreta sanciet, quale est illud Maximini: QVEMCVNQVE DEVM ET QVACVNQVE RELIGIONE COLENDVM QVISQVE CENSVERIT, IN CVIVSQVE STET ARBITRIO. Gratianus g Imperator et si ipse quoq; Religioni libertatem concessit, nihilominus Eunomianos, Photinianos, Manichæos ab Ecclesijs prohibuit.

f) Euseb. hist. Eccl. libr. 9. cap. 9.

g) Sozom. li. 7. cap. 1. Tripart. hist. lib. 9. c. 2.

III.

Quid enim magis impium cogitari potest, quàm quod Aegyptij reges variam & miscellam religionem commenti sunt, sibiq; persuaserunt religionum eiusmodi sive ποικιλότη-  
τα sive πανσπερμία regni firmamentum esse, ne h religionis unitate omnes inter se Aegyptij conspirarent, cum potius i religio & timor DEI solus sit; qui custodit hominum inter se societatem.

h) Diodon. Sicul. lib. 2.  
i) Lac. de ira cap. 12.

A z

IV. κατα-

IV. κατὰ φωνῆς, *Causa impellentes ad cognitionem DEI.*

Nos contra statuimus, de DEO summa & excellentissima cum modestia & timore agendum esse, & attentissimis auribus atque devotis audiendum, ubi quæritur unitas Trinitatis, Patris scilicet & Filij & Spiritus sancti. Eò quod nec periculosius alicubi erratur: 2, nec laboriosius aliquid quæritur: 3, nec fructuosius aliquid invenitur. <sup>k</sup>

k) Lomb. 1.  
Sent. Dist.  
2. 4.

V. 1. *Causa τὸ χρηστὸν.*

Nam si fructu allicimur, quæ potest esse maior utilitas quàm, quòd hæc est vita æterna nosse patrem solum verum Deum, & quem misit Iesum esse Christum? præsertim cum pietas ad omnia sit utilis, promissionem habens huius & æternæ vitæ. <sup>m</sup>

l) Ioh. 17. 3.

m) 1. Tim.  
4. 8.

VI. 2. *Causa τὸ κατὰ νόμον.*

Si laborare volumus, ut certè debemus, & cupimus, quid homine dignius, quàm in eius notitia mentem exercere, à quo mens, & quæ in mente bona, sunt omnia? Sanctus in sancto labor est: & dignissima nobis eius imago per diligentem scripturarum meditationem animis impressa, ad cuius imaginem conditi sumus, à quo redempti & sanctificati, ut serviremus DEO viventi, <sup>n</sup> & essemus spirituale sacerdotium ad offerendum spirituales victimas DEO placentes <sup>o</sup> per Christum.

n) Ebr. 9. 14.

o) 1. Pet. 2. 5.

VIII. 3. *Causa τὸ δέον νενομισμένον.*

In quam curam eò diligentius incumbendum est, quo severius à DEO mandatum: Liber legis divinæ non recedat de ore tuo (dicit Deus) & mediteris <sup>p</sup> in eo die ac nocte, ut intelligas facere omnia, quæ scripta sunt in eo. Deus enim mandavit mandata <sup>q</sup> sua custodiri nimis, & beati, qui scrutantur testimonia eius, & qui in toto corde exquirunt eum. Et quæcunque scripta sunt, <sup>r</sup> ad nostram institutionem sunt scripta: ut per patientiam & per consolationem scripturarum spem habeamus: siquidem scripturæ sunt quæ <sup>s</sup> de Christo & Deo restantur.

p) Ioh. 1. 8.

q) Psal. 118.

r) Psal. 2.

s) Rom. 15.

t) Ioh. 5. 39.

VIII. 4. *Causa à minori ad maius.*

Ideoque ijs etiam qui sunt extra Ecclesiam veritatem revelat-

velavit. Quandoquidem τὸ γνωστὸν τῷ θεῷ, quod de Deo cognosci potest, ipsis manifestum est. Deus enim illis manifestavit. Nam quæ corporeis oculis cerni non potuerunt à condito mundo divinæ maiestatis arcana, ea mentis indagine in creaturis animadvertuntur: æterna nimirum eius potentia & divinitas, ut sint inexcusabiles. Ipse Ethnicus fatetur: etenim quis est, inquit, tam vecors, qui aut cum suspexerit in cælum, deos esse non sentiat? & ea, quæ tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet? Cœli enim enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Rom. 1. 19.

1) Cic. de Arusp. resp.

2) Psal. 18. 1.

*IX. Vnde petenda Dei cognitio.*

*Ex libro naturæ & scripturæ.*

Quod igitur de DEO differere pium sit, necessarium, & utile ex istis constat: Iam unde petenda Dei cognitio? Dubium equidem non est in primis parentibus ante lapsum sanctitatem \* illam veritatis & iustitiam, in qua ad imaginem Dei conditi erant, ita fulsisse, ut non modo mens Deum plenè agnosceret, sed etiam voluntas ipsi libenter obtemperaret. Postquam autem per lapsum adeo corrupti sumus, ut & densissimis ignorantiae tenebris obscuratum intellectum & rapidissimis libidinum flammis corruptam carnem habeamus y) totiq; caro de carne in peccatis concipiamur & nascamur, inde factum est, z) ut nostra natura ad veram Dei agnitionem pervenire non possimus. Nihilominus interim Deus pro sua erga nos misericordia sese nobis revelavit, & cum naturæ tum scripturæ libro ad sui agnitionem nos invitavit.

x) Eph. 4. 23.

y) Iohan. 3.

Psal. 51.

z) Sap. 13. 1.

X.

Natura etenim & totum hoc universum omnes homines emissa quasi voce hortatur, ut omisissis illis vanis & fictitijs numinibus sese convertant ad Deum vivum, de quo primùm ex ipso opere discunt, quod fecerit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt: Deinde ex eo quod de cælo mittit pluvias & dat tempora fructifera: præterea quod non modo vitam & Spiritum largitus est omnibus, sed cibo & potu nos hodieq; & omnes bestias agri pascit: Ad hæc quod innume-

1) Act. 14. 15.

ris subinde nōs afficit beneficijs, & quod longè maximum ex uno sanguine omne hominum genus per universum terrarum orbem distribuit, temporum metas nationibus & rebus publicis constituens, & habitationis terminos definiens. Act. 17. 24. Verum hæc, quam è naturæ vestigijs, quasi venamur Dei notitia, cū per se est ἄτελις & ἀμυδρὰ imperfecta & languida, tum ad lucem verbi divini collata pene nulla, imo, nisi regeneratio accedat, stultitia & inimicitia adversus Deum est, Joh. 1. 8. 1. Cor. 2. 7.

X I. Cognitio Dei ex scriptura petenda.

k) Esa. 8.

l) Joh. 5. 39.

Beza in N. Test. *ibid.*

m) 2. Tim. 3. 16.

Joh. 15. 15.

Act. 20. 20.

Joh. 20. 31.

Scripturam proinde in manus sumamus, deq; Deo ex Dei verbo sentire & loqui discamus necesse est. Sic enim Deus ipse legem nobis & testimonium, vetus nimirum & novum Testamentum tanta gravitate commendat, ut lucem matutinam, quæ hîc fide & spe, illic in vita æterna possessione & re oritur, non visuros affirmet, qui secus fecerint. Et Salvator: 1 Scrutamini, inquit, scripturas: illæ enim sunt quæ testantur de me. Vbi quidem verbum ἐγενῶτε nequaquam in ἰσχυρῶ, sed προσηγορικῶ modo exponendum esse scopus loci evincit: Quicquid etiam Beza garriat, qui non animadvertit, se Enthusiasticis gladium tradere, quo scripturas iugulent. Omnis enim scriptura divinitus inspirata id nobis emolumentum præstat, ut idoneus sit Deo consecratus homo ad omne bonum opus. Rectè proinde fecerimus, si prophético sermone attenderimus, tanquam splendidæ faci in obscuro & caliginoso loco, usq; dum dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus nostris: 2. Petri 1. 19. Psal. 118. 105.

X I I. Scripturæ additi interpretes qui audiendi.

n) Eph. 4. 11.

o) 1. Cor. 12. 10.

p) Rom. 10. 14

q) Ex. 4. 12.

r) 2. Cor. 4. 6

Neve scriptura delitescat ἄφωνος, idcirco Deus n̄ omni tempore populo suo largitur Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores & Doctores ad instaurationem sanctorum, quos quidem unus Dei Spiritus diversis donis instruit ad utilitatem Ecclesiæ. Illos proinde audire debemus, cum Deus sit in ore illorum, & idem ille, qui iubet lumen è tenebris effulgere, in cordibus fidelium verbi præconum luceat.



beat, ad inducendum animis auditorum lucem cognitionis gloriae Dei in conspectu Iesu Christi. Industria tamen<sup>s</sup> accedat oportet, ut, Berrhæensium illustri exemplo, verbum summa cum animi cupiditate accipiamus & quotidie scripturas examinemus ipsi. Atque sic<sup>t</sup> erimus *ἰδῶντοί τῶν θεῶν*, & cum audierimus ac didicerimus ad patrem quoque veniemus.

XIII. *Quanta Dei cognitio nobis sufficiat.*

Quemadmodum autem legem in monte Sina daturus Moysi Dominus, u constitues, inquit, terminos populo per circuitum & dices ad eos, Cavete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: Omnis qui tetigerit montem morte morietur. Ita nos quoque accessuri ad lucem<sup>x</sup> illam inaccessam, in qua habitat is, qui solus habet immortalitatem, quem nemo vidit hominum, neque videre potest, limites<sup>y</sup> ab æterna ipsius voluntate definitos, non transcendamus, neque divinam ulla ex parte traditionem transgrediamur. Sed cum a Moyse contenti simus posteriora Dei aspicere: altiora<sup>a</sup> nobis non quæramus, & fortiora nobis non scrutemur, sed quæ præcepit nobis Deus, illa cogitemus semper: Ne tanquam maiestatis divinæ<sup>b</sup> audaculi scrutatores opprimamur à gloria, & tanquam turris<sup>c</sup> Babylonicae structores, linguarum & mentium confusione puniamur. Tum<sup>d</sup> nos de Deo satis multa scire statuamus, cum quæ ille nos scire voluit firma fide amplexi fuerimus. Videmus<sup>e</sup> enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem de facie ad faciem: nunc ex parte saltem cognoscimus, tunc autem in cœlesti Academia cognoscemus ut cogniti sumus.

XIV. *ἡ ἀνάστασις & status disputationis.*

Proinde nos quoq; nequaquam illam *θεῶν* & *ἀναστάσεως* Dei notitiam, qua<sup>s</sup> solus pater filium, & filius patrem intra arcanum S. Trinitatis complexum plenè novit, affectantes, sed hanc *μεσημίαν*, quæ est<sup>h</sup> *κατὰ ἀποκαλύψιν* hominis imbecillitati<sup>i</sup> conveniens, boni consulentes, adjuvante Domino Deo nostro, suscipiemus, rationem ex scriptura reddere de S. Trinitate, eamq; disquisitionem, quia prolixior & uberior, in

s) Act. 17. 34.

t) Iob. 6. 45.

u) Exod. 19.

x) 1. Tim. 6. 16.

y) Damasc. lib. 1. Orth.

z) Ex. 33. 23.

a) Eccli. 3. 22.

b) Prou. 25. 27.

c) Gen. 11. 8.

d) Ioh. 20. 31.

e) 1. Cor. 13. 12.

f) Dam. lib. 1. orth. f. c. 1.

g) Luc. 10. 22.

Ioh. 5. 46.

1. Cor. 2. 11.

h) Mat. 11. 25.

i) Athan. dial. de Trin. & Theod. dial. 3.

in

Theod. dial. 3.



in quatuor disputationes partiemur: Quarū hæc prima inquir-  
ret generalia de DEO. 1. an sit Deus. 2. quid sit. 3. quomo-  
do vocetur. 4. quæ Dei essentia & natura. 5. quæ sapi-  
entia & veritas. 6. quæ voluntas. 7. quæ omnipotentia.  
8. Iustitia, 9. bonitas, amor erga homines & misericordia.  
10. quomodo Deus ubique præstò sit & omnia gubernet.  
11. Quo sensu humani affectus ira, oblivio, tristitia & reliqui  
divinæ menti tribuantur. 12. quo pacto membra corporea  
& corporeæ motiones eidem assignentur. Altera disputatio  
erit de Vnitate & Trinitate. Tertia de Patre & Filio: Ultima  
de Spiritu sancto.

## CAPVT SECVNDVM. Demonstratio quòd sit DEVS.

*Thesis I. ἀποδείξεις distinctio.*

Quando inquirimus argumenta, quibus fidem nostram  
adversus omnem dubitationem muniamus certoq; statua-  
mus, revera Deum esse, duo demonstrationum genera sese  
offerunt. Primum enim opera Dei in natura sensus & ani-  
mos aspicientium adeò feriunt, ut nemo negare possit, De-  
um esse rerum tantarum opificem. Deinde scriptura & ver-  
bum Dei accedit, quæ illas à natura & συμπαρατηρήσει ductas  
rationes confirmat & alias rationi ignotas ex arcana Dei luce  
profert. Etsi autem nolumus in rebus divinis argutias huma-  
næ rationis dominari: Tamen perspicuitatis & διακρίσεως  
ἐνεκα placet illas appellare ἀποδείξεις τῷ ὄτι à posteriore & ab  
effectu, hæc autem ἀποδείξεις τῷ διότι à priori: Vnde postea  
quoq; τῆς ἐπισήμης scientiæ, & πίστεως fidei discrimen lucu-  
lentissimè emerget. Quæ nobis priores & notiores sunt, eas  
priori quoq; loco collocabimus.

*II. Demonstrationes ex libro natura, quod sit Deus.*

Quando igitur ea omnia, quæ supra, infra, intra & circa  
nos sunt consideramus, tres sese offerunt demonstrationes  
evidentissimæ, quæ Deum esse evincunt. Totus enim hic  
mundus est velut βιβλίον ἔγγραφον denuncians & interpre-  
tans absconditam Dei gloriam. Prima est in universo eiusq;  
parti-

a) Basl. in  
Hexæm.  
hom. 11. f. 50.

partibus, unde Philosophus ipse ratiocinatur: Impossibile est infinitos esse motores seu causas, quæ faciunt cœlum in orbem ferri, elementorum levia sursum evolare, gravia deorsum labi, ipsaq; inter sese misceri, individua occidere & oriri, species perpetuas esse, tot indies supra nos stupenda fieri in nubibus & aëre, & quæ sunt huius generis alia. Er- b) *Arist. 8. phys. ult. Damasc. l. 1. c. 3.*  
 go 6 primum aliquod movens sit, quod à nemine motum & agitatam moveat omnia, & conservet omnia necesse est. Ex quo sequitur primum illud movens esse. 1. ἀκίνητον & ἀμετάβλητον, quod mutationem & alterationem nullam admittat. Deinde esse unum & simplicissimum, ἕν καὶ ἀπλόστατον. Tertio αἰδίον æternum. Quarto purissimum actum & ἄνεργον, hoc est, meram omnipotentiam, in qua nihil debile sit & imbecillum: Denique ἀσώματον, omni corporea mole & magnitudine destitutum, & nihilominus πανταχῶς ubiq; d) *De mundo cap. 7.*  
 præsens, nulla re contentum, sed omnia continens. Hoc e) *Metaph. 7.*  
 primum movens Deus est optimus maximus, cuius nutu omnia in cœlo & in terra gubernantur.

III.

Deinde μικρόκοσμος homo, qui veluti magni istius ædificij mundani parvum exemplar, epitome & periocha est, multa continet divinitatis argumenta. Sive enim animam consideres iutelligentem, sive corpus tanta pulcritudine & tam mirabili partium structura coagmentatum, fateri cogaris, non modo, quod nemo, nisi Deus Spiritui sapienti domicilium conveniens extruxerit, sed quod idem ille & sapientissimus sit & ordinis observantissimus. Animam verò quia immortalem agnoverunt, nonne eum quoq; ad quem corpore soluta migrat, immortalem esse dare coguntur? Ac quemadmodum animæ & corporis ουσία, ita contraria eorundem πάθη, lætitia sæpe inopinata, mœror insolitus, conscientia stimuli, morbi mirabiles, sanitas stupenda, horrendæ consccleratorum mortes, hæc inquam & similia mentem esse argnunt superiorem, unde ista promanant.

IV.

Deniq; respublica accedit, cuius illa Vox f) *ἐκ δεῦ δεῦ βασιλῆς*, à Deo sunt reges: & illa, g) *divina lege immobilis rerum huma-*

Sybilla  
 ἔσι δεῦ πα-  
 ράδ' ἔγμα  
 ἕκαστος ἐν  
 εἰκότι μικροῦ.

f) *Callimach. hym. Ion.*  
 g) *Liv. l. 25.*

h) *Hor. l. 3. car. Od. 6.* humanarum ordo feritur. quid poëta? <sup>h</sup> quòd, Romane, im-  
 peras, dijs omne principium, dijs refer exitum. <sup>i</sup> valet enim  
 i) *lib. 1. carm. Od. 34.* ima summis mutare, & insignem attenuat Deus, obscu-  
 ra promens. Prudenter proinde & piè sentit qui scopum po-  
 k) *Arist. cap. ult. Eth. Eud:* liticæ disciplinæ in Dei cultu collocat, cum ait: <sup>k</sup> Quodcun-  
 que institutum & disciplina agnitionem & venerationem  
 Dei pluris facit, quàm reliqua in vita & natura omnia, eamq;  
 corporis, divitiarum, amicorum & omnium deniq; bonorum  
 curæ præponit, ea longe est optima, & hic ipse finis & termi-  
 nus actionum humanarum pulcherrimus & convenientissi-  
 mus. Si quis autem a cultu numinis vel per impietatem defi-  
 ciat, vel per frivolam superstitionem excedat, eius institu-  
 tum vituperatione dignum est. Atque hic  $\delta\epsilon\theta\ \epsilon\sigma\omega\ \tau\eta\varsigma\ \kappa\alpha\tau\alpha\ \lambda\omicron\kappa\alpha\gamma\alpha\delta\iota\alpha\varsigma.$

V. *ἐπινοήσις de Ethnica Dei agnitione.*

l) *Arist. 2. cæl. 17.*

m) *Rom. 1. 21.*

In hunc modum Ethnici saniores ex rerum naturalium  
 contemplatione ad divinæ maiestatis aliquam cognitionem  
 ascenderunt. Tantum .a. abest, ut ea ad salutem suffecerit,  
 ut etiam ipsos condemnet. Nam ut illa taceam, quod phi-  
 losophi, qui tam multo labore & tantis sumtibus ex <sup>1</sup> Baby-  
 lone & Aegypto Astronomiam & Physicam in Græciam  
 transtulerant, inde in Latium, religionem interim, quam  
 Deus in Iudæa totius mundi oculis exposuerat, fastidierunt,  
 quod Chaldæi Aegyptij, Græci & Latini thesauris templum  
 Hierosolymitanum aliquoties expoliarunt, illud autem cœ-  
 lestis doctrinæ depositum vel neglexerunt, vel contumelia  
 affecerunt: quid illud nonne turpissimæ negligentiae argu-  
 mentum, quod tam præclara notitiæ Dei semina, vel men-  
 tibus inscripta, vel ex rerum natura expressa non persecuti  
 sunt, & ad uberiores cognitionem non contenderunt? De-  
 plorandum verò, quod, cum Deum agnovissent, non ut De-  
 um coluerunt, <sup>m</sup> neque gratias illi egerunt, sed in animi sui  
 cogitatis vani facti sunt, & commutarunt gloriam immorta-  
 lis Dei in similitudinem mortalis hominis, aut volucrum, aut  
 quadrupedum aut reptilium.

V I. *Demoni-*

V I. Demonstrationes ex scriptura quod sit Deus.

Quod itaq; Philosophi neglexerunt, id Spiritus sanctus magna diligentia nobis inculcat: quemadmodum eadem argumenta Salvator ipse, Matth. 6, 26. & cap. 10, 29, Apostolus Act. 14, 15 & cap. 17. 24. repetit. Sed præter hæc peculiaris sunt, quæ scriptura tradit, quibus ad Dei notitiam pervenimus, ea in tres classes contrahi possunt. Primum enim occurrunt *Ἰαυααρθεγῖα* & magna Dei opera, quibus maiestatem suam Deus singulis hominum seculis publicè testatam fecit. Nec enim satis esse censuit, quod primi parentes, eorumq; liberi rerum omnium creationem à Deo confirmatam in recenti memoria habebant, de qua in annum millesimum usque testati fuerant, sed insuper cum tanta esset Cainianorum impietas, ut omnem religionem riderent, o anno mundi 1656 diluvio sceleratam mortalium colluviam delet, & incredibili miraculo Noam, ut esset gentis & religionis instaurator, in arca conservavit.

o) Gen. 5.  
2. Petri 3.

V II.

Secundo millenario denuo suam omnipotentiam toti mundo conspicuam fecit, quando suum peculium ex Aegypto eduxit, p & Pharaonem tot miraculis cedere nolentem in mari rubro cum universo exercitu submersit, quæ res 9 in annum à mundo condito 2493. incidit.

p) Exodi 12.  
q) Gal. 3.17.

V III.

Et cum frequenter varijsq; modis Deus olim patribus locutus esset per Prophetas, tandem extremo tempore sub finem tertij & initium quarti millenarij unigenitum filium in carnem misit, qui anno mundi 3963 homo natus, non modo arcanum S. Trinitatis decretum de nostra salute è sinu patris protulit, sed veram de Deo doctrinam stupendis miraculis confirmavit, & deniq; Apostolos in universum terrarum orbem emisit, ut concionarentur omnibus gentibus, quæ sub cælo sunt, & miraculis omnibus retrò seculis incognitis doctrinæ fidem facerent, id quod etiam diligentissimè fecerunt. In omnem enim terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, adeo ut ignorantiam nemo prætere possit.

r) Hebr. 1. 1.  
Gal. 4. 4.

s) Psal. 18. 5.  
t) Rom. 10.

18.

B 2 Multo

- Multo minus nostra hæc ætas eiusmodi querelas usurpare potest, quod vel miraculis, quæ frequentia viluerunt, vel verbi concionibus non abundemus. Iuxta enim nos<sup>u</sup> & in ore ac cordibus nostris est verbum Domini, modo attendere velimus. Neque enim eius misericordia patitur, ut nos in senectute x languentis mundi abijciat: Sed cum humanum genus à iuventute in hunc usque diem docuerit, ut pronunciet mirabilia eius, nunc etiam in senectutem & senium illud tuebitur, ut annunciet brachium Dei generationi omni, quæ ventura est. Nonné verò ipsa veræ Ecclesiæ in nostra hæc patria inter y tabernacula Kedar & inter tela Mesech exultantis mira conservatio, utrius; Antichristi z orientalis & occidentalis, falsorum fratrum intra nostrum gremium, & Calvinianæ factionis repressio, quam hisce proximis annis exper-ti sumus, divinæ maiestati luculentissimum testimonium perhibet, & omnium miraculorum admiratione dignissimum est?

- Ad miracula accedunt divinæ φανερώσεως & patefacti-  
ones, quibus se Deus coram ostendit. Patribus & Prophetis,  
a) Theod. non quod illi τὴν θεϊὰν ὀυσίαν plenè introspererint, πλὴν  
dial. 1. f. 7. a. ἀπερίγραπτον, τὴν ἀκατάληπτον, τὴν ἀπειρονόητον, τὴν περιληπ-  
Dionys. cæl. κήρ πῶρ ὅλων, sed quod ὁμοίωσιν & δόξαν τινὰ τῆρ αὐτῶν φῶ-  
Hier. lib. 1. σθ. συμμετρῶμένω; contemplati sint.  
cap. 2.

- Prodeant itaque qui Deum viderunt, quiq; cum Deo  
b) Gen. 3. 8. collocti sunt prisca patres. Cum b Adamo & Eva Deus in  
c) Gen. 5. 24. Paradiso colloquitur. Henoch c ambulavit cum Deo, & a fi-  
d) Ebr. 11. 5. de translatus est ne videret mortem. Noahm e ex universo  
e) Gen. 6. 13. hominum genere solum Dominus elegit, qui cum colloque-  
f) Ebr. 11. 7. retur de diluvio, siquidem solus vera fide præditus erat.  
g) Eccl. 49.  
17.

Reliquorum exempla, utpote Abrahami, Isaaci, Iacobi, Moysis, Iosuae, Samuelis, Davidis notiora sunt, quam ut commemoratione indigeant. Pertinent huc etiam visiones illæ & δρασσεῖς insignes, quibus sese Deus Prophetis in veteri Testamento

mento revelavit, quæ Apostolus brevissimè complectitur  
f multifariam, inquit, multisq; modis locutus est patribus<sup>f</sup>) Ebr. 1.  
Deus per Prophetas.

XIII.

In novo verò Testamento divinæ maiestatis radii plenif-  
sima luce oculis nostris infusi sunt, quando tota Trinitas ad  
Jordanem in Christi baptismo sese revelavit, quando pater  
de cœlo filium commendavit: Stephano, Paulo, Iohanni &  
alijs sese conspiciendum dedit.

XIV.

Sed hæc hætenus de miraculis & visionibus: verbum re-  
stat, quo Deus de se ipso palam testatus est, suæq; maiestatis  
præcones misit, Angelos, & Patriarchas & Prophetas & A-  
postolos. Inprimis autem duo sunt tempora, quibus Deus u, g) Exod. 19.  
niversum genus humanum sua voce publicè affatus est. Pri- & 20.  
mum quando legem inter tonitrua & fulgura s promulgavit h) Matth. 3.  
in monte Sinai. Deinde quando Evangelij doctrinam à filio<sup>17. 2. Pet. 2.</sup>  
dilecto & unigenito audiendam præcepit. 17. Matt. 17. 5

XV.

Ita Deus omni tempore in Ecclesia ex arcana sua luce  
prodijt & hominibus sese manifestavit tripliciter: Primo ποικί-  
μασι operibus. Secundo ὄραμασι visionibus. Tertio προσφωνή-  
μασι καὶ κηρύγμασι præconijs.

XVI.

Discrimen inter utrumq; demonstrationis genus, quod  
recensuimus est quadruplex. Principio demonstrationes ex  
natura desumptæ sunt ἐμμεσοι mediatae tum ratione Dei tum  
ratione nostræ cognitionis. Non enim ipsa natura Deus est,  
sed medium ad Dei notitiam deducens. In scriptura verò  
Deus ipse vel operatur vel loquitur vel se conspiciendum  
præbet ἀμέσως, non quod re nulla utatur inter nos & ipsum  
interveniente, (nequeunt enim mentis nostræ oculi sine te-  
gumento divinæ faciei iubar sustinere) sed quod propius &  
evidentius id ipsum hîc quàm illic faciat. Secundo illic à Deo  
de Deo erudimur, hic ingenij humani reliqua post lapsû saga-  
citatibus & ἀρχνοίαις vix scintillula in operibus Deum vestiga-  
mus.

mus. Tertio illa argumenta non modo quod sit, sed etiam quid & qualis sit Deus, hæc solummodo quod sit ostendunt. Denique hæc posteriora sunt uniuersalia omnibus hominibus communia, quæ operum Dei splendorem toto terrarum orbe spectandum & ex eo opificis maiestatem æstimandam proponunt. Hæc autem ratio specialis est Ecclesiæq; propria. Deus enim annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestavit eis.

i) Psal. 147.  
19.

XVII. *Vsus questionis an sit Deus.*

Dam. lib. 1.  
cap. 3.

k) Cic. N. d.  
lib. 1.  
Psal. 13.  
Sap. 2.

Supervacaneum videri poterat operose demonstrasse, quod sit Deus. Nam hoc ipsum φυσικῶς ἡμῖν ἐγκατέπαρται. Sed istum laborem tres ingentes fructus compensant. Primum<sup>k</sup> etsi Protagoras & Diagoras ille Melius & Theodorus Cyrenaicus & similes Athei iam olim repressi sunt: Tamen, vel Spiritu sancto teste, non desunt eiusdem impietatis rabulæ, qui dicunt non esse Deum; ac licet verbis id profiteri non audeant, Epicurea nihilominus & Cyclopica helluandi, scortandi, furandi, sæviendi licentia palam ostendunt se omnia, quæ de Deo dicuntur, ludibrio habere.

XVIII.

l) Odyss. 9.

Nonne passim facto loquuntur quod ille voce expressit

ἠέπιθ' εἰ, ὦ ξέν, ἢ τηλόθην ἠλίλαδας,  
ὄς με θεοὺς κέλευα ἢ δεδέμεν ἢ ἀλίλαδα.

*Stultus es, o hospes, peregrino rure profectus,  
Qui mihi vis mandare Deos numenq; vereri.*

m) Verba  
Cyclopi ad  
Vlysem in  
Cyclope Eu-  
rip.

Opes & divitiæ, homuncule, prudentibus sunt Deus, reliqua quæ de Deo dicuntur sunt κόμῳσι καὶ λόγῳ ἐνμορφία, verborum lenocinia. Mihi Deus venter est, cui quotidie sacra facio. Ista prudentes numina colunt, reliqua rerum publicarum gubernatores ad vulgum coercendum commenti sunt.

XIX.

n) Ebr. 11. 6.

Deinde eam quoque utilitatem inde percipimus, quod in precibus mens nostra non iam in dubio versatur & cum ethnicis fluctuat, qui de eo, quod adorarunt, sæpenumero, an esset, dubitarunt. Qui enim accedit ad Deum<sup>n</sup> hunc credere oportet esse Deum. Quod si animo probè persuasum fuerit,



fuerit, tum etiam illud citra negotium persuadebitur, Deum esse, qui benefacta beneficijs, peccata pœnis compenset.

X X.

Denique sæpe incidunt eiusmodi tempora, ut vel inspirante Diabolo, vel instigante carnis malitia de Deo ambigere incipiamus. Neq; enim Ethnici solummodo hac dubitatione irretiti fuerunt, ut quando impiorum felicitatem & piorum calamitatem aspexerunt, dicerent, aut Deum non esse, aut res mortalium non curare. Sed sanctissimis quoque viris in hoc pelago aliquando contingit impingere, ut de se fateri cogantur: o Mei penè commoti sunt pedes: quia zelavi super peccatoribus pacem peccatorum attendens. p Vidi illos habere pacem & secundis rebus uti, qui non serviebant Deo, quod ego desiderabam, ut servirem Deo: & moti sunt pedes mei & penè effusi gressus mei.

o) Asaph.

Psal. 72. 2.

p) Aug. comment. super

Psal. 72.

X X I.

Vtatur igitur hac demonstrata quæstione, quod sit Deus, ad Epicureorum q & Atheorum ἔλεγχον, & ἐπανόρθωσιν; ad precum nostrarum σύγγμα: & deniq; ad institutionem & consolationem rebus adversis opponendam.

q) 2 Tim. 3. 16.

X X I I.

Atq; hæc quidem de prima quæstione, an sit Deus, tradidisse sufficiat. Nunc definitionem Dei inquiremus.

### CAPVT TERTIV M,

## Quid sit Deus.

I. An Deus definiri possit: ἀποφατικῶς.

Deum definiri non posse autoritate & ratione probatur. Autoritas & Philosophorum & Theologorum obtare videtur. Simonides a etenim ab Hierone tyranno Syracusanorum interrogatus, quid aut qualis sit Deus, deliberandi causa sibi unum diem postulavit. Cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petivit. Cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransq; Hiero interrogaret eum cur ita faceret. Quia quanto, inquit, diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior.

a) Cic. lib. 1. de Nat. deorum.

II. Timæ-

b) Plato in  
Tim.

II.  
Timæus autem disertè asserit: b Autorem & parentem  
huius uniuersitatis invenire operosum est, & inventum fieri  
non potest, ut in vulgus commodis verbis efferas. Et vetus  
est: θεὸν μὲν νοῆσαι χαλεπὸν φράσαι δὲ ἀδύνατον.

c) Dam. l. 1.  
cap. 3.

d) Tolet. in  
prædic. subst.  
quest. 3.  
Thom. par. 1.  
quest. 3. art. 5

III.  
Damascenus idem comprobat: ἐπι ἐσι κατ' οὐσίαν θεός, &  
κατάληπτος, παντελῶς, καὶ ἄγνωστος. Item ἐπι θεῷ τί ἐσιμ' ἐπιπρ,  
ἀδύνατον κατ' οὐσίαν. Hoc est, Dei definitio investigari ne-  
quit. Quod Thomistæ magistrum suum secuti constanter  
affirmant.

e) Tripart.  
bist. lib. 6. cap.  
21.

IV.  
Rationem Evagrius<sup>c</sup> in monachico libro conclusit, ubi  
sic ait: rerum compositarum esse definitiones, Deum autem  
ut simplicissimum defini non modo posse. Et præterea,  
omnis, inquit, propositio aut genus habet, quod prædica-  
tur, aut speciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidens,  
aut ex his compositam orationem. Sed nihil in sancta Trini-  
tate horum, quæ dicta sunt, poterit comprehendi: igitur quod  
ineffabile est, ratione silentij adoretur. Hæc Evagrius.

f) Hil. l. 5.  
Trin. f. 70.

V. *Quomodo Deus definiendus: καταφατικῶς.*  
Sed ad hæc & similia respondemus Gratiani Imperato-  
ris, non minus pia, quàm sapiente sententia: De mysterio S.  
Trinitatis loquimur non quantum volumus, sed quantum li-  
benter vellemus. Et cum Hilario: f Non est de Deo huma-  
nis iudicijs sentiendum. Neq; enim nobis ea natura est, ut se  
in cœlestem cognitionem suis viribus efferat. A Deo discen-  
dum est, quid de Deo intelligendum sit. Quia Deus non nisi  
Deo autore cognoscitur. Quoniam igitur impossibile erat si-  
ne Deo discere Deum, per verbum suum docet homines sci-  
re Deum.

g) Iren. li. 4.  
cap. 10.

h) Ambr. l. 1.  
d. voc. gent.  
c. 7. f. 16. T. 2.  
Dam. lib. 1.  
ort. f. c. 2.

VI.  
Medium itaq; teneamus, ut neq; logicis argutijs mysteria  
Trinitatis metiamur, neq; ea, quæ de Deo Deus scire nos vo-  
luit contemnamus. Nam h quæ Deus occulta esse voluit, non  
sunt scrutanda: quæ autem manifesta fecit, non sunt negan-  
da. Ne in illis illicitè curiosi, & in istis damnabiliter invenia-  
mur ingrati.

VII. De

VII. De nominibus DEI ἀποφατικῶς.

Cum! Deus sit ἀκατάληπτος, omnino quoque videtur esse ἀνόνημος. Cum enim eius substantiam ignoremus, quo nomine ipsum appellabimus? Nomina enim substantias rerum significant.

1) Dam. 1. 1. 16

VIII.

Ipsa quoque Deus à Iacobo Patriarcha nomen suum interrogatus, non sine indignatione responderet: Cur sciscitaris nomen meum? Et Manoah Patri Simsonis similiter ait: Quid quaeris nomen meum, quod est mirabile?

k) Gen. 32. 29  
l) Iud. 13. 19.

IX. καταφατικῶς.

Ad haec ex praecedente distinctione patet responsio. Quatenus enim divina essentia absolute in sese nobis est ἀκατάληπτος & ἀγνος, eatenus etiam est ἀκατονόμαστος. Quatenus autem Deus sese revelavit & omnium est autor & omnia continet eatenus secundum revelationem ex operibus suis nomen ipse sibi indidit, & est ὀνόμαστος & ἐκφραστος.

n) Dam. li. 2. cap. 16.  
Lomb. l. 1. dist. 22. art. 4.

X. Nominum divinatorum distinctio.

Sunt autem ea quae de Deo dicuntur duplicia, quaedam ἀποφατικὰ negantia, quaedam καταφατικὰ affirmantia. Negantia sunt, ut cum dicimus, Deum esse ἀνδριστον substantia (scilicet creata) carentem, & ὑπερδριστον omni substantia sublimiorem, sine tempore, sine principio, invisibilem, infinitum, incomprehensibilem, immortalem, etc.: quae non ita Deo tribuuntur, quasi Deus aliqua re sit inferior, aut quod defectum & σείκησιν quandam in Deo notent. Ipsius enim sunt omnia, siquidem ex ipso & per ipsum omnia facta sunt, & omnia in ipso consistunt. Eo vero sensu de Deo accipiuntur, quod ostendunt Deum omnia, quae usquam sunt, longissimè superare. Ipse enim nihil est eorum quae in rerum natura sunt, sed super omnia est. Cuiusmodi attributa scriptura frequentissimè usurpat.

Dam. loco indicato.

1. Tim. 1. 17.

X.

Atque ita quodammodo intelligimus Deum sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine intelligentia creatorem,

C



atorem, sine situ præsentem, sine habitu omnia continentem,  
*Aug. lib. 5. de Trin. C. 1. T. 3. f. 315.* fine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine ul-  
la sui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem.  
Quisquis proinde D E V M ita cogitat, ethi nondum po-  
test omnino invenire, quid sit, piè tamen cavet, quantum  
potest, aliquid de eo sentire, quod non sit.

XII.

Affirmantia partim ipsam diuinam essentiam & naturam  
notant, & sunt absoluta τὰ ὀυσίωδῃ ut Deus, Iehova, essen-  
tia, natura: partim sunt relata: & hæc iterum duplicia: aut  
enim ea relatio intra diuinam essentiam finitur & personas  
divinitatis distinguit, ut Pater, Filius & Spiritus sanctus,  
gignere, nasci & procedere: aut in creaturas exeritur, quo  
nomine diuinæ ἐνέργειæ continentur, quæ vel universales  
sunt erga omnes creaturas, utpotè omniscientia, omnipoten-  
tia, iustitia, misericordia: vel speciales erga Ecclesiam, e-  
iusmodi sunt collectio & gubernatio Ecclesiæ & æternæ bea-  
titudinis gratuita donatio.

XIII. *Definitio Dei ex Damasceno.*

*Dam. l. 1.  
cap. 2.*

Quæ si in summam colligantur omnia, possumus Defi-  
nitionem Dei eiusmodi constituere: Deus est essentia spiritu-  
alis, alia in creaturis omnibus, sine facta substantia subsistens,  
sine qualitate sapientissima, omniscia, optima, sine quanti-  
tate immensa, sine tempore æterna, ita ubique præsens & o-  
mnia implens, ut nullo loco capiatur, sed omnia punctuli  
instar palmo suo metiatur, invisibilis, intangibilis, incircum-  
scripta, indefinita, omnem amplexum, comprehensionem  
omnem, omnemque intelligentiam effugiens, iusta, omni-  
potens, omnium creaturarum opifex, omnia continens, o-  
mnibus providens, potestatem omnium habens, iudex o-  
mnium: Deus unus unitate substantiæ, in tribus personis,  
Patre, Filio & Spiritu Sancto, ita ut Pater, Filius, & Spi-  
ritus Sanctus sit unus Deus, & distinctæ sint personæ hoc pa-  
cto, quod Pater est ingenitus, Filius à Patre ab omni æter-  
nitate genitus, Spiritus Sanctus à Patre Filioque pro-  
cedens.

*Definitio*

XIV. Definitio DEI in Symbolo  
Athanasii.

Si quis mavult cum Athanasio loqui, DEVS est unus in Trinitate, & Trinitas est in unitate: ita vt nec personæ confundantur in unitate, neque substantia seu essentia separetur in Trinitate. Alia persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti: Patris autem & Filii & Spiritus Sancti eadem diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus: Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus. Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres æterni, sed unus æternus: Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus & unus immensus. Similiter Omnipotens Pater, Omnipotens Filius, Omnipotens Spiritus Sanctus, & tamen non tres Omnipotentes, sed unus Omnipotens. Ita DEVS Pater, DEVS Filius, DEVS Spiritus Sanctus, & tamen non tres Dii, sed unus DEVS. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus, & tamen non tres Domini, sed unus est Dominus. Quia sicut singillatim unamquamque personam DEVM aut Dominum confiteri Christiana veritate compellimur: Ita tres Deos & Dominos dicere Catholica religione prohibemur. Pater à nullo est factus, nec creatus nec genitus. Filius à Patre solo est, non factus non creatus, sed genitus. Spiritus Sanctus à Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Vnus ergò Pater non tres Patres: Vnus Filius non tres Filii: Vnus Spiritus Sanctus non tres Spiritus Sancti. Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius: Nihil majus aut minus. Ita ut per omnia & Trinitas in unitate & unitas in Trinitate veneranda sit. QVI  
VULT ERGO SALVVS ESSE ITA DE TRIN  
NITATE SENTIAT.

XV. συμπέρασμα, καὶ κατὰ στοιχὲς ἐπομένων.  
Tantum de Definitione DEI ὡς τύπος dictum sit: Nunc  
per ἀνάλυσιν eam retexendo membra paulatim examinabi-  
mus: Et primū quidem de nominibus DEI agemus.

### CAPVT QVARTVM.

#### De Nominibus DEI.

*Thesis. I. Nomen Ichovah.*

Inter DEI nomina primum locum sibi jure vindicat es-  
sentiale nomen DEI, Ichova, & Iah, quo seipsum nominat  
Exodi. 3. 14. ubi Moses interrogat: Si dixerint mihi, quod  
est nomen ejus, quid dicam eis? Respondet DEVS, Ego  
sum, qui sum, sic dices filiis Israël, qui est, **יהוה** nunc  
me ad vos. Cum enim DEVS universum in se complectat  
tur, habet ipsum τὸ εἶναι, & est veluti immensum ac infinitum  
quoddam Pelagus essentiae.

a) Dam. l. 1.  
cap. 12.

*I II.*

Clarius id ipsum nomen Deus repetit, cum ad Mo-  
sen dicit: Et apparui Deus Abraham, b) Deus Isaac, Deus Jacob,  
in DEO OMNIPOTENTE, & nomen meum **יהוה**, nondum  
significavi illis: ubi latina usitata versio superstitioso more Ra-  
binorum legit Adonai, græca κύριος, in fontibus autem Ie-  
hovah, id est, Deus per se & semper existens, scriptum re-  
peritur. Apud Prophetam: Ego c) Ichovah hoc est nomen me-  
um: gloriam meam alteri non dabo.

b) Exod. 6: 2.  
c) Esa. 42: 8.

*I III.*

Merito d) vitupetatur Iudæorum & superstitio & blasphe-  
mia, quam hoc sacratissimo Dei nomine, ex instinctu Diabo-  
li committunt. Superstitio in eo est, quod non modò tra-  
dunt nomen istud Tetragrammaton **יהוה** pronunciarī nec  
debere, nec posse, cum interim scribere non detrectent, sed  
quod vim magicam illi affingunt, quasi, si hoc nomen cum  
mirifica sacri textus Exodi 14. vers. 19, 20, 21 contorsione  
pronuncietur, miracula edi possint omnem naturam superan-  
tia. Manifesta blasphemia, quod fingunt Salvatore[m] no-  
strum istius Magici nominis, (sic enim illorum respectu me-  
rito

d) Vide Luthe  
Librum de  
Schemham-  
phoras, Tom.  
5. Vit. 510.

ritò Iudæorum istud Schemhamphoras, id est, stercus Diaboli nuncupamus) adminiculo mortuos exuscitasse, & alia stupenda patrasse.

IV.

Miseri homines à Diabolo dementati literularum characteribus inhærent, & virtutem interim DEI non animadvertunt. Schemhamphoras suum admirantur & prædicant, salutem negligunt. Quamobrem nos quoque non immorabimur in nominibus Dei percensendis, quæ tot sunt, quot quot præclaræ Dei virtutes in scriptura prædicantur. Neque enim illa solummodò Dei sunt nomina decem, quæ plerique enumerant: *EF*, *Elohim*, *Elohe*, *Zebaoth*, *Elion*, *Ehie*, *Adonai*, *Iah*, *Iehova*, *Schaddai*: Neque Dionysius omnia complexus est. Sed multo plura in scriptura reperiuntur.

e) Hieronymus  
in epistola  
ad Marcel-  
lam.

V.

Nam sicut id cuiusque rei verum & germanum nomen est, quo rei cuiusque natura propriè exprimitur: Ita omnia, quæ DEI maiestatem & virtutem significant divinum nomen sunt.

VI. *Vsus huius Questionis.*

Quapropter ne in literis & inani vocabulorum sono immeremur, cum stultis & impiis Rabinis, satius est naturam, essentiam, & virtutem Dei, quantum in verbo nobis revelatum est considerare, ut per scripturarum meditationem aliquo modo ad DEI notitiam pervenire possimus. Hæc vera est nominis divini veneratio, non illa in literis & characteribus occupatio. Et ideo nomen Dei considerandum est, ut Deum nosse, invocare, laudare discamus, non ut syllabis & literarum sono abutamur. Quod si fecerimus, statuamus nos secundo præcepto Decalogi obtemperasse, quod interim cæca Iudæorum colluvies horrendum in modum violat.

CAPVT QVINTVM.  
Essentia & Natura DEI.

THESES I.

Principio autem de essentia & naturâ Dei, ut dicamus illud ipsum essentiale nomen Dei, Iehova nos admonet.

o) Suidas.  
 p) Aug. l. 5. de  
 Trin. cap. 2.  
 q) Lomb. l. 1.  
 Dist. 8. art. 1.  
 r) Hieron. ad  
 Marcellam  
 Epistola ad  
 Damas.

Rectè enim Patres Concilii Niceni Anno Domini 330. eiusmodi voces de DEO usurparunt, quibus de Deo convenienter loquerentur, ita ut homines tantum arcanum quodammodo intelligere, & curiosas quæstiunculas vitare assuescerent, & DEVM<sup>o</sup> dixerunt esse *ὄντως* essentiam ad ipsius Dei verba procul dubio respicientes. Sicut enim<sup>p</sup> ab eo, quod est sapere, dicta est sapientia, & ab eo quod est esse, dicta est essentia. <sup>q</sup> Ipse verè ac propriè dicitur essentia, cuius essentia non novit præteritum ac futurum. <sup>r</sup> De quo enim dicitur, fuit, non est: & de quo dicitur erit, nondum est. Deus autem tantum est, qui non novit fuisse vel futurum esse. Solus ergo Deus verè est: Cujus essentia comparatum nostrum esse non est.

## III.

r) Aug. l. 5.  
 Trin. cap. 2.

k) Psal. 101.

d) Iacobi. 1. 16

Tres verò rationes occurrunt, ob quas Deus Iehova & essentia est. Primū propter τὸ ἀτρέπτου & ἀναλλοίωτου. <sup>r</sup> Quod enim mutatur, non servat ipsum esse, & quod mutari potest, etiamsi non mutetur, potest, quod fuerat non esse: Ac per hoc illud solum, quod non tantum non mutatur, verum etiam mutari omnino non potest, sine scrupulo occurrat, quod verissimè dicatur esse. DEVS autem immutabilis est, & ENS invariabile. Initio tu Domine terram fundasti, inquit Psaltes; & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur. *וְיָמֵי תְּבָרָתְךָ* TV AVTEM ES, & anni tui non deficient. Et apud <sup>r</sup> Patrem luminum nulla est alteratio, imo ne umbra quidem conversionis.

## IV.

u) Hieron. ad  
 Damas. T. 2.  
 Epistolar.

Altera ratio est τὸ ἀνάρχου, quod Deus non aliunde habet suam essentiam. <sup>u</sup> Deus enim id ipsum quod subsistit non habet aliunde, sed suum est. Quare una est Dei & sola natura, quæ verè est: & DEVS solus qui æternus est, id est, qui exordium non habet, essentia nomen verè tenet.

Tertia



V.

Tertia ratio inde est, quia ex ipso, per ipsum, in ipso sunt omnia. Ideo \* nomen essentiae, quod commune erat omnibus, sibi proprium vindicat Deus, quia non habet aliunde quod subsistit: Alia verò ut esse dicantur, habent Dei bonitate & beneficio, quæ, si DEVS voluerit in nihilum reuertentur.

x) Hieron. in  
Comm. epl.  
Eph. 2.

VI.

Quamvis autem natura Dei, quatenus καὶ αὐτὸς est ineffabilis & immutabilis, non recipiat, FUIT & ERIT, sed tantum EST: (ipse enim veraciter est, qui mutari non potest,) tamen propter mutabilitatem temporum in quibus versatur nostra mortalitas, & nostra mutabilitas, non mendaciter dicimus, & Fuit, & Erit, & Est; Fuit in præteritis seculis, est in præsentibus, erit in futuris. Fuit quia nunquam desinit: Erit, quia nunquam deerit. Est, quia semper est.

y) Aug. T. 3.  
f. 1074. D.  
Lomb. l. 1.  
Dist. 8. b.  
Apocal. 1. 8.  
& 21. 6. &  
22. 13.  
Esa. 41. 4.  
& 44. 6.

VII. *Natura.*

Pro essentiae vocabulo scriptores Græci & Latini eodem sensu usurpant naturæ vocem, quæ quidem in scriptura videtur non minus quam essentiae nomen nobis tradi. Nam Petrus dicit<sup>z</sup> nos divinæ naturæ participes, τῆς θεϊκῆς φύσεως κοινωνῶνς fieri; & Paulus separat Idola, quæ non sint<sup>a</sup> NATURA dii à vero naturali Deo.

z) Pet. 1. 4.  
a) Gal. 4. 8.

VIII. *Substantia.*

Sæpè quoque substantiæ vocabulum eo sensu Deo tribuunt, quo essentiam & naturam. Impropiè tamen & abusivè Deum latinè substantiâ dici Latini<sup>b</sup> sentiunt. Græci quoque substantiæ & ὑποστάσεως<sup>c</sup> vocem hoc significato repudiarunt, & senserunt, quando essentiam Dei & esse ipsius significare volumus, substantiam Dei dici non posse. Substantia enim propriè est, quæ & sub genere est τῆς οὐσίας essentiae & cum accidentibus est. Tale quid autem Deus non est. Quare nec propriè substantia dicitur. Nam si substantia id dicitur, quod

b) Aug. l. 7.  
Trin. cap. 5.  
& 6.  
c) Cyril. lib. 1.  
Thesau. c. 4.

quod omnibus substat accidentibus; Deus verò nulli accidentium substat. Non erit DEVS propriè substantia. Quo sensu autem Hypostaseos vocabulum in mysterio S. Trinitatis usurpetur, infra explicandum erit.

IX. Quid Natura & essentia Dei.

Quando autem jam quæritur, quid sit Dei essentia & natura, nos ignorare libenter fatemur, quandoquidem eandem

- d) *Matth.* 18. 10.
- e) *Pf.* 23. 10.
- f) *Aug. de tempore Serm.* 189.
- g) *Hilar. l. 8. Trin. f. 132.*

Angeli in cœlo scire non possunt, qui semper<sup>d</sup> vident faciem patris nostri, qui in cœlis est. Quid enim dicunt Angeli in cœlo? Quis est iste<sup>e</sup> rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ<sup>f</sup>. Vide quid dicunt: Pulcritudinem prædicant, & de natura tacent. Ergo & nos simpliciter dicamus. Vis scire naturam Dei, hoc scito quòd nescias, nec in hoc contristeris, quia nescias, quia & Angeli nescierunt, similiter omnes creaturæ. g Habet enim non tam veniam quàm præmium ignorare, quod credas: quia maximum stipendium fidei est, sperare quæ nescias.

X.

Interim per illam κατ' ἀφαιρέσειν καὶ ἄριστον, de Deo loquendi & sentiendi formulam, de qua supra, statuimus<sup>h</sup> naturam & essentiam minimè corporali modo capiendum esse de Deo, quemadmodum in Physicis natura & essentia definitur, quod quispiam putare velit, aliud Deum esse, & aliud quod Dei est: (τὸ εἶναι & τὸ εἶναι, quidditatem & rem, vel τὸ εἶναι τὸ εἶναι & τὸ εἶναι τὸ εἶναι) aliudque naturam Dei & rem naturæ, ut est in creaturis, ubi aliud homo videlicet totum compositum & ἐνυλον, & aliud esse seu essentia & quidditas hominis, nimirum ipsa ejus definitio & animal ratione præditum. In Deo autem esse Dei & essentia seu natura Dei, est ipse Deus, neque aliud sunt, quàm quod ipse est, quæ Dei sunt. i Quia non aliud est illi esse, aliud vivere; quasi possit esse non vivens: nec aliud est illi vivere, aliud intelligere: quasi possit vivere non intelligens: nec aliud est illi intelligere, aliud beatum esse: quasi possit intelligere, & non beatus esse, sed quod est illi vivere, intelligere, beatum esse, hoc est illi esse.

- h) *Hilar. l. 8. Trin.*
- i) *Aug. l. 3. de C. D. cap. 6.*

XI.

Quapropter essentia & natura Dei est ipsa Deitas & Deus ipse

ipse, ipsa vita, ipsa sapientia, ipsa beatitudo essentialis & communis tribus personis S. Trinitatis, Patri, Filio, & Spiritui sancto, qui sunt unius divinæ, æqualis, beatæ, infinitæ, sapientis, omnipotentis naturæ & essentiæ. Eaqu; natura & essentia non est diversum quiddam à Patre, Filio & Spiritu sancto; & Pater, Filius & Spiritus sanctus sunt unus ille Deus, & una illa indivisa Trinitas, & unitas, & essentia & natura: Vna & eadem tota est in Patre, una & eadem tota in Filio, una & eadem tota in Spiritu sancto. Sed abrumpenda hic & postea uberius explicanda sunt hæc, cum de eo differemus, quod Deus sit unus essentia, & sint tres distinctæ Trinitatis personæ.

XII.

Ex quibus omnibus facile intelligitur, quo discrimine vocabula essentiæ, naturæ, substantiæ cum quibus etiam <sup>k</sup> coniungenda subsistentia, usurpanda sint. Nam cum in omnibus rerum appellationibus duo imprimis sint spectanda: Primum *ὄνομα τοῦ θεοῦ*, Deinde vocabuli significatio & *ἔννοια* ad id, cuius est symbolum: Idcirco esse & essentia, cum quo idem est existentia propriissimè Deo convenit, cum & eum, qui per sese subsistit, significet, & à Deo primum usurpatum sit, sicut Deus ad suum esse atque subsistere nullo indiget.

k) Durandus  
lib. 1. Sent.  
Dist. 23. q. 2.  
art. 7.

l) Boet. lib. 1.  
de Trin. c.  
Vnit. f. 1124.

XIII.

Ad essentiam & naturam Dei declarandam non parum facit, quod Deus etiam in sacris vocatur *אלהים* five *אל* id est, Deus potens, cuius plurale Elohim, quādo coniungitur <sup>m</sup> verbo singulari verum & naturalem Deum significat, & est memorabile S. Trinitatis testimonium. Quando vero vel angelos vel etiam homines, qui loco Dei sunt, indicat, semper verbum vel appositum plurale additur. Ex quo illud colligitur, quod unus sit Deus essentia, & nihilominus tres distinctæ in una divina essentia personæ.

m) Lyra in 1.  
cap. Gen.

XIV.

Qualis Dei sit essentia ex eo quoque patet, quod Salvator dicit: <sup>n</sup> Deus est Spiritus; & Apostolus, <sup>o</sup> Dominus est spiritus.

n) Ioh. 4. 24.  
o) 2. Cor. 3.  
17.

D

Ac



At quid sit Spiritus *Πνεῦμα* æquè incognitum humanæ ratio-  
ni, quàm quid sit Deus, nisi quod scimus? Spiritum carnem

p) *Luc. 24.* & ossa non habere, omniq; corporea mole carere.

39.

q) *Psal. 30.*

b) *1. Ioh. 4.*

*Psal. 118.*

*Iohan. 14.*

*Dion. de*

*nom. d.*

Eodem illa pertinent, quando Deus & ipsa veritas, ipsa b  
charitas, vita, iustitia, altitudo, maiestas, gloria, fortitudo,  
bonitas, misericordia nominatur, quæ nihil aliud quam sim-  
plicissimam Dei essentiam denotant. Non enim de Deo di-  
cere possumus quod prius sit, & tum demum quod bonus, iu-  
stus, vivus, altus, fortis, gloriosus sit, sed hæc omnia simplici-  
ssimam Dei naturam indicant.

### XVI.

e) *Dam. lib. 1.*  
*c. 12.*

Ipsam autem nomen, Deus idem est quod *θεός*: quod  
quidem vel *ἀπὸ τῆς θέσεως*, eo quod Deus omnia percurrat, &  
ubique præsens omnia gubernet, vel *ἀπὸ τῆς ἰδέσεως*, quod De-  
us ignis sit & flamma amoris, nec non flamma omnem mali-  
tiam consumens, vel deniq; *ἀπὸ τῆς διαθέσεως*, quod Deus om-  
nia coram inspiciat, derivatum esse censent.

## CAPVT SEXTVM

### De omniscientia Dei

#### Thesis I.

Post doctrinam de absoluta Dei natura & essentia, de  
qua hætenus: subiungenda nunc sunt relata, quæ Deo respe-  
ctu creaturarum tribuuntur, quæ sunt duplicia: Aut enim di-  
vinam naturam à creaturis segregant, aut *ἐξουσιᾶς* & actio-  
nes Dei in creaturas denotant. Quæ segregant negativè ex-  
primuntur, ut indicatum est. Nunc de istis dicendum, quæ  
Dei operationes *Πνεῦμα* significant, de quibus istud sciendū in  
universum, quod Sacra scriptura parvulis congruens nullius  
generis rerum verba vitaverit, ex quibus quasi gradatim ad  
divina atque sublimia noster intellectus velut enutritus assur-  
geret. Nam & verbis à rebus corporalibus sumptis usa est  
cum de Deo loqueretur, velut cum ait: In tegmine alarum  
tuarum protege me: Et de spiritali creatura multa transtu-  
lit, quibus significaret illud, quod ita non esset, sed ita dici  
opus

r) *Aug. 1. 1.*

*Trin. c. 1.*

*Psal. 16.*

opus esset sicut est: ut, Ego sum Deus zelotes: &, pœnitet me hominem fecisse. De rebus autem, quæ omnino non sunt, non traxit aliqua vocabula, quibus figuraret locutiones, vel spiraret ænigmata.

## II.

Quicquid igitur in hoc genere de Deo dicitur, id omne scriptura à creaturis ad creatorem transtulit, ut à Deo creaturas esse evinceret, & per creaturas & a creaturis ad creatorem nos adduceret. Memoriae causa ita possunt distribui. Quædam enim ab homine, quædam ab alijs creaturis desumpta sunt. Et cum in homine anima sit & corpus ab utroq; appellationes Dei scriptura mutuatur ad humilitatem nostram descendens, ut ad Dei sublimitatem nos erigat. Primum locum teneant, quæ ad imitationem animi nostri de Deo prædicantur, quæ in duas classes tributa sunt. Sicut enim in anima nostra duæ sunt præcipuæ facultates, una intelligendi, altera faciendi: Ita Deus quoque est & dicitur sapientissimus, & omnipotens. De sapientia & omniscientia Dei primò dicamus.

## III. Deus est omniscius.

Deum esse sapientissimum & in universum omnia cognoscere & scire, scriptura luculentissimè indicat. Scit enim Deus & prædicit futura, utpote quod Pharaon non sit. <sup>u)</sup> *Exod. 3. 19.* dimissurus filios Israël, & per Prophetas longo tempore ante regnorum mutationem, & quæ eventura sint prænunciat. Arcanas cogitationes cordium rimatur. Profunda fluviorum scrutatur, & abscondita in lucem producit. Vnde <sup>x)</sup> *Iob. 28. 20.* venit sapientia, & quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium viventium, volucres quoque cæli latet. Perditio & mors dixerunt, audivimus famam eius. Deus intelligit viam eius, & ipse novit locum illius. Ipse enim fines mundi intuetur: & omnia quæ sub cælo sunt respicit. <sup>y)</sup> *Pf. 7. 10.* Deus corda scrutatur & renes. <sup>z)</sup> *Prov. 15. 3.* In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. Infernus <sup>a)</sup> *Prov. 15. 11.* & perditio coram Domino, <sup>b)</sup> *Rom. 11. 33.* quanto magis corda hominum. <sup>b)</sup> O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & investigabiles viæ eius.

IV.

Loquimur autem hinc de sapientia Dei, quæ toti Trinitati communis & opus ad extra est. Nam de eo, quod Deus in sese sit ipsa substantialis sapientia, paulo ante disseruimus, quod verò Filius Dei etiam est sapientia Dei, quam Pater ab æterno genuit antequam quicquam faceret à principio, quæ ipsa de se testatur: Cum eo, inquit, eram componens, & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & delitiæ meæ esse cum filiis hominum: De hac, inquam, peculiaris erit tractatio.

V. *Questionum scholasticarum & προδιαξις.*

Vide Lombardum nugantem tota. Dist. 22. & eius comm: Scotum, & Durandum & alios.

Neque propterea necesse est frivolas movere quæstionculas, utrum plures sint Dei sapientiæ, utrum Pater sit sapiens sapientia, quam genuit, vel ingenita, an filius sit sapiens seipso vel per seipsum, an una tantum sit sapientia Patris. Quid enim ad has nugas Sophistarum respondendum sit, si modo non indignum Christiano eiusmodi τρετισματα persequi, ex præcedentibus constat. Nam sicut eadem est Patris & Filij & Spiritus sancti indivisa essentia, qua pater est Deus & Filius est Deus, & Spiritus sanctus est Deus, nec tamen tres sunt dii: Ita quoque una & eadem est æterna Dei sapientia, quæ in ipso Deo nihil aliud est, quam ipse Deus. Non enim prius est Deus & postea fit sapiens, sed *ἀμα θεός, ἀμα σοφώτατος*, simul Deus, simul sapientissimus. Itaque hac una sapientia sicut eadem essentia & Pater & Filius & Spiritus sanctus est sapiens. Quatenus autem personæ characteribus suis distinguuntur intra S. Trinitatis complexum, ibi tum Filius peculiariter Dei sapientia nominatur sive Dei λόγος, ut infra dicetur. Hæc denique sapientia, quæ sese profert & in creaturis ostendit opus est externum totius S. Trinitatis commune. Quare non opus est in hoc scirpo nondum quærere.

VI. *Qualis Dei sapientia.*

Qualis ea sit Dei sapientia, vel quomodo Deus omnia intelligat & sciat, si velis quærere, nihil aliud audies, quam quid ea non sit. Nos quidem duplici ratione ad rerum cognitionem

tionem & scientiam pervenimus: aut enim à nobis notioribus per sensuum ministerium τῆ ἐπαγωγῆ ad notiora & universalia pervenimus, qua ratione nihil est in intellectu quod non prius fuerit in sensu: aut ex ijs, quæ natura sunt notiora & universales ἀρχαὶ καὶ ἀξιώματα αὐτόπιστα διὰ συλλογισμῶν aliud concludimus. Unde patet in nostra intelligentia aliud ex alio extrui, illud esse prius, hoc posterius. In Deo verò cum nihil sit prius, nihil posterius, nihil notius nihil ignotius & obscurius: Idcirco oportet ut omnia simul cognoscat & ἑξ ἑσῶς unoq; infinito infinitæ suæ mentis intuitu.

### VII.

Eiusmodi e oportet esse Dei sapientiam, qua novit Deus c) Aug. l. 15. Trin. c. 7. omnia, ita ut nec ea, quæ dicuntur præterita, ibi in mente divina, prætereant, nec ea, quæ dicuntur futura, quasi desint, expectentur ut veniant, sed & præterita & futura cum præsentibus sint cuncta præsentia, nec singula cogitentur, & ab alijs. ad alia cogitando transeat, sed in uno conspectu simul præsto sint universa.

### VIII.

Nam omne præteritum iam non est, omne futurum, nondum est. Omne igitur & præteritum & futurum deest. Apud Deum autem nihil deest: nec præteritum igitur nec futurum, sed omne præsens est apud Deum. Idem in questionum 83 libro. q. 17. T. 4. f. 536.

### IX. *Causa divina sapientie.*

Unde verò Deus habet suam sapientiam? Numquid Deus Pater ea ipsa quæ non per corpus, quod est ei nullum, sed per seipsum scit, aliunde ab aliquo didicit, aut nuncijs vel testibus, ut ea sciret indiguit? Non utiq;. Ad omnia quippe scienda, quæ scit, sufficit sibi illa perfectio. d) Aug. l. 15. Trin. c. 13.

### X. *Questio 1.*

Atqui habet nuncios, sanctos angelos? sed angeli non ei quæ nescit, annunciant, non enim sunt ulla quæ nesciat, sed emolumentum eorum est & Ecclesiæ commodum de operibus & ministerijs suis eius consulere veritatem. Et hoc est, quod ei dicuntur nonnulla nunciare, non ut ipse ab eis discat, sed ut ab illo ipsi per verbum eius sine corporali sono nuncient, quod voluerit, ab eo missi ad quos voluerit: totum ab illo

illo per verbum eius audientes, id est in eius veritate inventientes, quid sibi faciendum, quid, quibus & quando nunciandum. Nam & nos oramus eum, nec tamen nostras necessitates docemus eum. Novit enim, ait verbum eius, pater vester, quid vobis necessarium sit, antequam petatis ab eo.

XI. *Questio 2.*

Creaturæ nihilominus divinæ sapientiæ obiectum sunt, quæ si non essent, nec Dei sapientia esset? Deus equidem universas creaturas suas & spirituales & corporales, non quia sunt (scilicet κατὰ αὐτὸ ἡγεῖται αὐτῶν) ideo novit, sed ideo novit, quia novit. Hoc est scientia Dei est causa creaturarum, non hæc illius. Non enim nescivit, quæ fuerat creaturus. Quia ergo scivit, creavit. Non quia creavit, scivit. Non enim aliter scivit creata quam creanda. Non igitur eius sapientiæ aliquid accessit ex illis, sed illis existentibus sicut oportebat, illa mansit ut erat. Nam antequam crearentur omnia nota sunt illi, sic & postquam consummata sunt. Sic, inquit scriptura, non aliter: & antequam crearentur & postquam consummata sunt, sic ei nota sunt.

XII. *Vsus.*

Ex hoc fonte omniscientiæ Dei amplissima doctrina de providentia & prædestinatione promanat, de quibus differere prolixum & alienum foret. Illis, quæ hæcenus de Dei sapientia & omniscientia admonuimus, ita uti possumus. Primum enim suppeditant nobis non modo contra Epicureos Dei providentiam negantes argumenta, sed etiam firmissimum elenchum adversus Calvinianos, qui humanam mentem Salvatoris nostri in λόγῳ omnisciam esse pernegant: Ac tametsi scriptura dicat, in Christo omnes thesauros & sapientiæ absconditos esse, & Salvator ipse in statu humilitatis humano suo ore suaq; humana voce testetur, se arcana cordium introspicere, nihilominus contendunt, humanam Christi mentem, non nisi finita sapientia, etiam ratione unionis & in statu gloriæ præditam esse. Qua quidem impia contentione Agnoëtarum hæresin olim damnatam ab Orco revocant: & finitam ac determinatam creatamq; faciunt infinitam Dei sapientiam, cuius sanctissima Christi mens in persona λόγῳ verè

g) *Coll. 1.*  
*2.*

h) *Niceph. lib.*  
*18. c. 56.*



verè facta est particeps, ita ut ipsa quoque non quidem ex se & per sese, sed in λόγῳ sit omnia, in quo omnia coram intuetur.

### XIII.

Quoniam i) Christus in natura divina habet eandem scientiam cum Patre; in humana natura cognoscit omnia, quæ han. cap. 3. li. Deus cognoscit notitia visionis: ideo potest certitudinaliter docere etiam altissima: ideo debetur ei excellentia maxima. *tera k, l, m, n, o, p, q, &c.* Licet enim Iohannes & alij sancti locuti fuerint de cœlestibus: hoc erat in quantum erant à Deo illuminati. Sed aliter est de homine Christo, ratione prædicta. Quia potest loqui divina certitudinaliter cognita & in quantum Deus & in quantum homo. Hoc est sancti loquuntur quidem de cœlestibus certa, sed credita & fide apprehensa. Christus autem, qua homo etiam loquitur cœlestia, quæ vidit & audivit cognita notitia visionis. Sancti norunt & τινὰ, & ea πιστὰ: Christi humana mens ἀπαξ ἀπλῶς ἀπάντα, & εὐδρατὰ ἢ νοητὰ una notitia divina intuitiva.

### XIV.

Deinde hæc explicatio id etiam commodi adfert, ut ne in periculoso illo de Dei providentia & prædestinatione pelago naufragium faciamus. Nam si in memoria retinuerimus Deum omnia quæ fuerunt & quæ sunt, & quæ futura sunt quasi præsentia intueri, nunquam in Stoicorum Scyllam incidemus, ut statuamus vel omnia absoluta necessitate fieri, & ideo aliter fieri non posse, quia Deus præsciverit: neq; vero etiam in Calvinianorum syrtes impingemus, qui porticum illam fulciunt & fatidicæ aniculæ πεπρωμένη salutis nostræ aleam committunt. Cum enim ita de Dei sapientia iudicandum sit, quemadmodum in verbo traditur, quid opus in cœlum ascendere, & scrinia arcani decreti perscrutari, indeque pronunciare, quod Deus k) consilio nutuq; suo ita ordinaverit, ut inter homines nascantur, ab utero certæ morti devoti, qui suo exitio ipsius nomen glorificent. Unde factum sit, ut tot gentes unà cum liberis ipsorum infantibus æternæ morti involveret lapsus Adæ absq; remedio, quia Deo ita visum sit, quia decreto suo sic ordinaverit, quia arbitrio quoq; suo sic dispensaverit.

k) Calvin. l. 3. instit. cap. 23. art. 6. & 7.

Apage-

XV.

- l) Rom. 16. 25. Apogesis, vanissime Sophista, cum isthac divinae sapientiae blasphemia. Vna nobis est Dei sapientia, Evangelium & praedicatio Iesu Christi, secundum revelationem mysterii temporibus aeternis taciti (quod nunc patefactum est per scripturas Prophetarum secundum praecipuum aeterni Dei, ad obedientiam fidei) in cunctis gentibus cogniti, quod videlicet remissionem peccatorum gratis consequantur per nomen<sup>m</sup> Iesu Christi, quotquot credunt in nomen eius, & quod<sup>n</sup> in Christo nos elegerit ante iacta mundi fundamenta, quodq; non sit<sup>o</sup> voluntas Patris qui in caelis est, ut unus de minimis pereat, neq; velit aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam venire.
- m) Act. 10. 43.
- o) Matth. 18. 14.
- p) 2. Pet. 3. 9.

XVI.

- Monemur etiam Dei sapientia, ne impia consilia clanculum agitemus, ut enim homines latere possint, Deo tamen sunt in propatulo. Nec dubitemus denique Deum gemituum nostrorum introspicere, quando vocis usu destitui- mur. Ita q sanguis Abelis de terra ad Deum clamat, cum vo- cem formare nequeat, & ad Moysen Deus, quid ita<sup>r</sup> vocife- raris, inquit, cum angustijs adeo undiq; comprimeretur vir Dei, ut vix spiritum ducere posset, nedum clamare.
- q) Gen. 4. 10. 10.
- r) Eccl. 14. 15.

CAPVT SEPTIMUM DE  
voluntate DEI.

Thesis prima: συνέχεια.

- s) Arist. 1. Eth. 13. 6. Eth. 1. 3. de An. 6. 10. t) Thomas par te prima Q. 19. & 25. artic. primo. Sicut in homine τὸ λογικὸν facultas rationalis distingui- tur in eam, quae vulgo nominatur ἐπιστημονικὴ, ubi cognitio- nis & omnium habituum διανοητικῶν sedes est, & in λογικῶν, cuius adminiculo de rebus agendis & faciendis deliberamus, ubi habitus ἠθικοὶ habitant: illa ὁρᾷ θεωρητικῶς, haec πρακτικῶς nuncupatur. Ita scriptura nostrae infirmitati res divinas at- temperans Deo non modo sapientiam & omniscientiam tri- buit, sed huic quoq; voluntatem coniungit. Ac quemadmo- dum<sup>r</sup> in nostrae animae sive partitione sive distinctione In- tellectui proximè succedit voluntas, in qua est προαίρεσις & prin-

principium omnium actionum: Ita quoq; haud incommode post Sapien-  
tiaē divinae contemplationem collocaverimus de divina voluntate explicationem.

II. *Qualis de divina voluntate explicatio.*

Hoc u) autem sacrarium divinae voluntatis ingressuri semper in conspectu habeant, quod iam roties inculcatum, Deum aliter considerari in absoluta sua essentia, qualis ipse in seipso ab omni aeternitate fuit antequam mundum crearet, & qualis est in arcana & abscondita sua luce quo nemo potest ascendere, & aliter quatenus sese nobis in verbo revelavit. De Deo, quatenus non est revelatus, nulla est fides, nulla scientia est, cognitio nulla. Atque ibi tenendum est, quod dicitur: quae supra nos, nihil ad nos. Eiusmodi enim cogitationes, quae supra vel extra revelationem Dei sublimius aliquid rimantur, prorsus diabolicæ sunt, quibus nihil amplius proficitur, quam quod nos ipsos in exilium præcipitamus. **QVIA OBIECIUNT OBIECTVM IMPERVESTIGABILE, VIDELICET DEVM NON REVELATVM-**

u) Lutherus in Genesim cap. 26. T. 3.

III.

Sic Christus ait: \* Nemo venit ad Patrem nisi per me. Ideo quando ad Deum non revelatum accedimus, ibi nulla fides, nullum verbum, neque ulla cognitio est. Quia est invisibilis Deus, quem tu non facies visibilem. Quod si vero ad Deum accedere volumus, in Christo & verbo eius accedamus, qui est Via, Veritas & Vita. Hisce limitibus sese contineat humana temeritas, & id, quod assequi non potest, non quærat, ne id, quod assequi debet, non inveniat.

x) Ioh. 14. 16.

IV. *Quid de divina voluntate differendum.*

Quæ cum ita sint, & impium à Spiritu Dei pronuncietur, arcanam Dei Maiestatem perscrutari velle, quis non intelligit, iamdudum omnes illas ociosorum Monachorum quæstunculas recidi, y) utrum voluntas idem sit quod essentia Dei, utrum Deus sit omnia, quæ vult, utrum voluntas Dei habeat aliquam causam efficientem utrum in 2 Deo sit voluntas, & utrum alia velit à se diversa. Nam si in ipsam simplicissimam Dei *ovvia* ingenij aciem dirigamus certè voluntas, & *ovvia*

y) Lombard. l. 1. dist. 45. a, b, c. Durandus ibidem. z) Thomas parte prima, quest. 19. art. 1. & 2.

E

2) Augusti. *οὐσία* non distantur ut *ἄλλο καὶ ἄλλο*, nisi τῆ ἐπινοίᾳ discernere  
Confes. lib. 1. 6. 11. T. 1. f. 190 diremta inessent? Stultum vero quærere an *βέλησις* Dei sit  
ipsa τὸ *εὐλατᾶ*, cum ne in hominis quidem voluntatem ea re  
& subiecto *οὐσιωδῶς* ingrediantur, quæ homo vult: licet ani-

a) Arist. 3. de An. 8. ma sit *ἅπαντά πως τὰ ὄντα*, eo quod omnium formas concipi-  
pit. Quam verò supra se causam haberet causa omnium pri-  
ma? nisi primo prius, & Dei Deum constituas. Ridiculum om-  
nino an sit in Deo voluntas inquirere. Nos ut de revelato  
Deo hactenus ex revelatione verbi disservimus, ita nunc quo-  
que de manifesta Dei voluntate inquiremus ista quatuor,  
primum quid sit Dei voluntas, deinde quomodo distingua-  
tur, postea quæ sint eius effecta, deniq; quem fructum inde  
percipiamus.

V. *Quid sit voluntas Dei.*

b) Arist. 3. Eth. 4. Au- gust. retract. l. 1. ca. 15. T. 1. f. 22. d.

Quemadmodum igitur in homine voluntas est appeti-  
tus boni, ut Philosophi tradunt, *ἡ βέλησις ἐστὶν ὄρεξις τὰγα-  
θῶν*: Ita, quamvis longè diversa sit ratio, voluntas Dei causa  
& principium est omnis boni, quod sit in universo mundo.  
Hominis voluntas sæpe à vero bono aberrat, & amplecti-  
tur id, quod speciem aliquam boni habet, Deus autem  
errare non potest, itaq; bona & quidem perfectè bona, non  
*φαινόμενα* vult & expetit: Hominis voluntas tantum versa-  
tur circa τὸ τέλος finem & scopum actionum, non itidem  
circa media, quibus ille finis conficitur, de quibus *βέλησις* de-  
liberatio suscipitur: eo quod illa media sæpe non sunt *ἐφ'  
ἡμῶν* in nostra potestate, ut *αἰδία* & *φρονιά*: sed Dei voluntas  
& τὸ τέλος & τῶν μέσων, quatenus ea media ad bonum finem  
Dei iustitiæ & misericordiæ convenientem comparata  
sunt, causa est. Deus enim non indiget deliberatione: neque  
in Deo est virium defectus, sicut in hominibus sæpissimè ut  
desint vires tamen est laudanda voluntas: sed Deus quæcumq;

b) Ps. 113. 3. c) Augustinus l. 3. de Trin. 4. 4.

voluit fecit in cælo & in terra. Atq; idcirco voluntas Dei  
est prima & summa causa omnium corporalium specierum  
atque motionum. Nihil enim sit visibiliter & sensibilitet,  
quod non de interiore invisibiliter atque intelligibili aula Sum-  
mi Imperatoris aut iubeatur, aut permittatur, secundum in-  
effabi-

effabilem iustitiam præmi orum atque pœnarum, gratiarum  
& retributionum in ista totius creaturæ amplissima quadam  
immensaq; Republica-

*V I. Voluntatis divine alia definitio.*

Vel si placet brevius: αὐτὸ ἀγαθὸν θεῶν δέλοισι ἐστὶ προνοητικὴ d) Damasc.  
καὶ σωετικὴ καὶ ποικτικὴ αὐτῷ δάωμιε, hoc est, Bona Dei vo- l. 2. c. 29.  
luntas (nihil enim mali in summo bono) est facultas & virtus  
eius, qua omnia providet & omnia facit & omnia continet ac  
moderatur in cœlo & in terra. Omnia enim quæcunque vo-  
luit Dominus fecit, & voluntati eius nemo resistit. Voluit fie-  
ri omnia, & facta sunt vult consistere mundum & consistit, &  
omnia quæcunq; vult fiunt.

*V II.*

Voluntas Dei mala & mali est nunquam: quia etiam  
cum mala irrogat iusta est, & profectò quæ iusta est, mala non  
est: & cum bonus mala fieri sinat, non sineret, nisi omnipotens  
de malo etiam facere posset bene: e) August.  
Enchir: c. 102.  
T. 3. f. 138. B.  
f) Ibid. c. 100.

*V III. Voluntatis divine distinctio.*

Et si autem ut essentia Dei unica est & simplex, ita etiam vo-  
luntas Dei, quatenus κατὰ αὐτὸ πρῶτως absolutè in ipsa divina  
essentia consideratur, nullam admittit differentiam & divi-  
sionem: Tamen quia hic non de absoluta & occulta, sed de  
relata & revelata & ἐνεργητικῇ Dei voluntate, quam Deus  
erga creaturas exercet omnia faciendo & gubernando, disse-  
rimus: Idcirco si hætenus voluntatem divinam distinxeri-  
mus non magis partitionem ullam in absolutam Dei volun-  
tatem inferemus, quàm cum iustitiam Dei à misericordia  
τῆ ἐπινοίας discernimus.

*I X.*

Vt autem ad eam distinctionem perveniamus à postero-  
bus Dei initium faciendum est. Videmus igitur, quod etiam  
scriptura testatur, Deum principio omnium, quæ sunt uspiam  
rerum causam unam efficientem fuisse, & quidem immedia-  
tam, ita ut rerum omnium fabricatio primò & per se à di-  
vina voluntate ἀμείσως dependeret. Postquam s autem  
Gen. 1.  
Iohan. 1.  
Coloss. 1.  
g) Damasc. l.  
2. c. 29. & ei-  
us commenta-  
tor ibidem.

h) Antonij  
Eremitæ in  
Vitis patrum.

i) Gen. 1. 29.  
Iacob. 3. 7.  
k) Sap. 7. 16.

l) Gen. 1. 11.

m) Eccli. 15.  
14.

res omnes à Deo creatæ sunt, non quidem Deus à creaturis recessit, sed omnes gubernat & moderatur, adeo ut non vermiculus in terra repat, non capillus de capite decidat, non folium ex arbore defluat, non pulvisculus in aëre volitet sine Dei præsentissima gubernatione; Tamen quæ nunc eveniunt & fiunt illa vel Deum immediatè causam habent, ut incarnatio filij, ut extremum iudicium: vel à medijs & inferioribus causis promanant, Deo interim minimè ocioso, sed vel cooperante & una agente, imo principaliter agente, vel certè moderante & legitimas metas omnibus definiente. Sunt autem causæ inferiores duæ in hoc visibili mundo contentæ, (nam Angelos Deo ministros coniungimus) voluntas hominis, qui est dominus<sup>i</sup> omnium, & natura,<sup>k</sup> quæ est principium motus & quietis rerum naturalium. Hæ causæ producunt effecta non sine Deo, sine quo nihil possunt, nec esse possunt, neque tamen à Deo impelluntur & vi semper rapiuntur. Sed naturæ suæ inest divinitus concessa libertas, illo ipso verbo Dei: <sup>i</sup> crescite & multiplicamini, item, germinet terra herbam: item protulit terra herbam virentem & facientem semen &c. Hominem verò Deus ab initio<sup>m</sup> constituit & reliquit in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua. Apposui tibi aquam & ignem ad quod volueris extende manum tuam.

#### X.

n) Ps. 48. 13.  
Rom. 3. 23.  
o) Gen. 3.  
2. Cor. 3. 5.  
Iohan. 6. 63.  
p) Rom. 8. 21.

In hoc tam venusto statu si homo permanisset, pulcherrima fuisset causarum secundarum, humanæ voluntatis & naturæ, cum principe causa, voluntate Dei, harmonia. Quia vero homo cum in honore esset non intellexit, sed sua sponte à Deo se avertit & diabolo obtemperavit, non modo ipse voluntatis illam libertatem in divinis planè amisit, in civilibus & naturalibus miserrimè corrupit: sed ipsa quoque natura vanitati subiecta est invita.

#### XI.

Ex quo sequitur, in statu integritatis nihil mali eventurum fuisse, siquidem omnia erant excellenter bona. Quod autem mala nunc fiunt, non illa ex Dei voluntate, sed diaboli, & hominis malitia & naturæ corruptione promanant. Illud

XII.

Illud quoque liquidò apparet Deum nihilominus hominem & naturam corruptam conservare & moderari, Act. 17.

XIII.

Hoc denique luce meridiana clarius est, quòd in illis, quæ γένεσις, id est, primam creationem & caularum secundarum formationem attinent, Dei voluntas, utpote unica, immediata & sufficiens causa, omnia egerit προηγμένως præveniēdo & principaliter & solitariē operando, initium faciendo, & convenientem finem omnibus operibus imponendo. Ideoq; à sola ista bona causa omnia quoque tantum bona & excellenter bona provenerunt. Quemadmodum consequenter istud etiam liquet, quòd in istis, quæ γέννησις, id est, naturæ propagationem & rerum omnium διαδοχῶν & successiōnem concernunt, Deus ἐπομένως in, cum & per naturam tanquam ὄργανον à se conditum agere decreverit. Sed ista consecutio non de tempore, verum de ordine, non de dignitate agentis, sed propinquitate agentis ad effectum intelligatur.

q) Damasc. l. 2. c. 29.

XIV. Voluntas Dei προηγμένη & ἐπομένη.

Eiusmodi proinde respectu voluntas Dei, quæ sua οὐσίᾳ unica & simplicissima est, quæque plus est, quam simplex, r) Athan. dial. 1. de Trin. in relatione ad creaturas & effecta in creaturis dupliciter sese habet. Nam in effectis, quæ à sola Dei omnipotentia & maiestate dependent sine causis intermedijs ex sese agentibus, Dei voluntas rectè nominatur προηγμένη præcedens & causa. Ipse enim solus est, qui creat, vivificat, illuminat omnia, qui vocat τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. In illis autem effectis & eventis, quæ causas habent vel in hominis ἀντιθέσει post lapsum relinquo, & sunt ἐφ' ἡμῶν in nostra potestate, vel in natura & sunt φυσικὰ naturalia, quæ sunt ὡς πέφυκε, in istis Dei voluntas se habet, ἐπομένως, hoc est, Deus naturalem vim τῶν βλάσθησιν in hominibus, & τῶν πεφυκένων in naturalibus conservat & ordine semel à se sancito illa vult agere, & quia libertatem ac facultatem indidit, idcirco sinit agere.

r) Athan. dial. 1. de Trin.

s) Ioh 1. 3.

t) Rom. 14.

17.

u) Augustin. l. 3. de Trin.

c. 3.

XV. τὰ πρῶτα δὲ τὸ προηγουμένον.

August. tract.  
Iob. 102.

x) Iob. 1. 13.  
Et 3. 6.

y) Act. 17. 28

z) Apoc. 20. 4  
Rom. 16. 25.  
Rom. 9. 16.

Illa verò præcurrens Dei voluntas in homine olim operata est γένεσις & πλάσις, cum è limo terræ protoplasten fingeret: nunc verò ipsa eadē perficit \* παλιγενεσίαν & ἀνάπλασις totum opus reparationis nostræ: atq; ita nostræ, ut ita dicam, ὑποστάσεως, γ quod sumus, vivimus & movemur, unicus autor Deus est, sicut ἀνάστασις nostram à peccatis, z quæ est prima resurrectio, & tandem ἀνάστασις corporum ad vitam æternam eidem acceptam ferimus.

XVI. τὰ βέλκτα, obiecta voluntatis.

a) Parabolæ  
Matth. 20. 1.  
22. 1.

Antea dictum est, quod divina voluntas, cum sit ἐνεργητικωτάτη & παντοδύναμη, quæ non opus habet deliberatione de perficiendi facultate, non modo finem & effecta velit, a sed ad ipsa quoq; media & ea, quibus finis producitur, sese extendat.

XVII.

b) Rom. 8. 29.  
2. Cor. 3. 3.  
Iohan. 15. 2.  
Matt. 11. 28.  
Esa. 65. 2.

Ita quoq; in hoc effectu divinæ voluntatis, qui est nostra reparatio & ad æternam beatitudinē vivificatio, Deus non modo vult omnes homines ad agnitionem veritatis venire, sed etiam per media sibi placencia omne id magna diligentia facit, quicquid ad nostram salutem pertinet.

XVIII. τὰ μέσα καὶ ὄργανα τῆς ζωοποιίας

c) Deut. 30. 11  
Rom. 10. 6.  
Eccli. 3. 22.  
d) Ioh. 3. 12.  
Ire. d. 4. c. 34.  
Apol. Aug.  
Conf. art. 10.  
e) Matt. 17. 5  
Matt. 11. 15.  
Luc. 8. 8.  
Psal. 115. 8.  
f) Iob. 3. 12.  
1. Par. 17. 17.  
Apoc. 2. 1.  
Matth. 18.  
28.

Eaque media nostræ imbecillitati congrua ordinavit, ut non opus sit μεταωριζοῦσθαι & in senatum Dei evolare. Ordinavit etenim Deus media nostræ salutis a partim ἐπίγεια & αἰδῆτα, quæ sensum incurrunt, partim cælestia & ἐπερῆνα. Terrestria sunt verbum ἀκούσθαι, vox Evangelij: & Sacramenta εὐχαριστία καὶ ἁγία, quæ undiq; sensus nostros feriunt: cælestis medium est ipse mediator filius hominis, qui propter nostram salutem descendit de cælo, & in forma hominis nos aspicit, nobiscum conversatur, qui ascendit & est in cælo, quo præsentē tota quoque S. Trinitas adest.

XIX.

Ac licet hæc media sua natura distincta sint, in ipsa tamen efficientia haudquaquam dirempta sunt. Sed Deus in illis & per illa in nobis fidem operatur. Evangelium enim est potentia Dei ad salutem omni credenti: in aqua baptismi

Spūs



Spiritus sanctus praesto est, & facit ut aqua vitae fiat, & fons i) Ioh. 4. 10.  
aqua salientis ad aeternam salutem, ac lavacrum k regenera- Cyrill, ibid.  
tionis: in caena Domini caro & sanguis Christi vim vivificam Apocal. 22. 1.  
habent & exercent. k) Tit. 3. 5.

XX. *συνπέρασμα ἐκ τῶν ὑποδείξεων.*

Cum igitur & finem constituerit & media ordinaverit  
solus ipse Deus & benignissima eius voluntas: sequitur pro-  
fecto quod eadem ipsa Dei voluntas unica & ἀυτοτελής & καθ'  
αυτὸ πρῶτως ἀντάρκης perfecta & ex sese sufficiens nostrae  
conversionis & salutis causa sit.

XXI. *ἀφαιρέσις τῶν σωματίων.*

Quid enim voluntatem Dei adiuveret? Nostra voluntas  
videretur aliquid posse, & τὸ ἀυτεξέσιον in nobis. Sed quod va-  
na haec sit opinio, inde patebit, cum ostenderimus, quid no-  
strae vires possint, quid non possint, quousq; progrediantur  
& ubi deficient.

XXII. *τὰ ἀνθρώπινα ἢ τὰ ἐφ' ἡμῖν.*

Quid igitur in hominis est facultate? Non loquimur de  
homine nondum lapso & integro, neque de homine illumi-  
nato & restituto: sed de lapso, in peccatis concepto & nato,  
qui de carne caro natus est & natura filius irae, & pannus  
menstruatae. Istius hominis quænam est residua facultas? Di-  
stinctè respondendum est. Nam quæ subiacent τῷ δειπτικῷ,  
facultati nutriendi, & ad vitae temporalis conservationem ac  
generis propagationem pertinent, l ea Deus homini creato  
dedit, & lapso non ademit. Quæ m deinde sunt τῷ λογικῷ &  
διανοητικῷ, quæ vel ad ingenij culturam & morum probita-  
tem pertinent, reliqua est aliqua in animis nostris *ἐπινοήσια*  
& discendi studium & *ἐπινοήσια* veritatis indagandæ cupi-  
ditas, insunt principia virtutum moralium & discrimen seu  
*διάνοια* honestorum & turpium & vis dominandi ac impe-  
randi externis membris & locomotivæ, quæ facultas τὸ ἡγε-  
μονικόν appellatur. Hæc ipsa experientia certa sunt, & scri-  
ptura idem affirmat, n quando hominem etiam non renatum  
nominat λογικόν, qui ratione possit uti, & ethnicos repræ-  
hendit & ἀναπολογίτες inexcusabiles pronunciat, quod scin-  
tillam cognitionis & honestæ disciplinæ reliquam non modo  
non excitaverint, sed etiā oppresserint. **Hæc**

l) Gen. 1. 28.

o) 3. 16. &c.

m) Arist. 1. 1.

metaph. 6. 1.

3. Eth. 3.

n) Rom. 1.

1. Corint. 1.

Gen. 6. 14.

o) 8. 21.

Hasce reliquias Deus non vult in nobis torpescere: ideo-  
 que ante diluuium per primos patres & Noham o præconem  
 divinae Iustitiæ Cainianos & totam peccatorum colluuiem  
 per CONCIONEM POENITENTIAE seriò exhortatus est:  
 post diluuium Chananæos<sup>p</sup> per Abrahamum, Isaacum, Iaco-  
 bum viam veritatis & iustitiæ docuit & illustribus miraculis  
 obtestatus est: inde Aegyptios<sup>q</sup> & omnes orbis terrarum in-  
 colas per educationem populi sui ex Aegypto & quadraginta  
 annorum mirabilem in deserto sustentationem, hoc ipsum  
 egit, ut Cananæi & quotquot<sup>r</sup> uspiam erant gentes, ad quas  
 maximarum rerum fama pervenerat, à cultu idolorum ad ve-  
 ram Dei agnitionem redirent. Quid postea peculiaris illa po-  
 litia Iudæorum, nonne lampas fuit, quæ toti terrarum orbi lu-  
 men præberet, id quod<sup>r</sup> lex profelytorum docet, & de inde-  
 fesso Iudæorum studio ipse Salvator<sup>s</sup> testatur. Annon hodie  
 quoq; Iudæis, Turcis & idolatris Deus nostras ecclesias in il-  
 lustri loco posuit, ut nemini non oculos perstringat clarissima  
 veritatis divinæ fax & professio? Hæc<sup>t</sup> certè evincunt ali-  
 quid in nobis esse, quod Deus tot cohortationibus & tot cla-  
 moribus, tantoq; conatu excitet, evocet, instiget.

XXIV.

Quid quæso est illud? Sunt aures ad audiendum datæ, &  
 pedes ad currendum, & appetitus ad concupiscendam verita-  
 tem, & deniq; recta ratio quæ scelera vitare & virtutem secta-  
 ri iubet. Vult igitur Deus<sup>n</sup> ut veniamus & curramus ad tem-  
 plum Domini ad eum cætum ubi sonat verbum Dei: ideo  
 clamat venite, VENITE, EMITE absq; argento: deinde  
 vult ut audiamus, y neq; aures obturemus sicut aspides surdæ:  
 tertio vult ut<sup>z</sup> discamus & meditemur. Neq; hæc eam so-  
 lūmodo ob causam à nobis exigit, ut naturæ nostræ infirmita-  
 tem agnoscamus, sicut alioquin legis usus est peccati agnitio,  
 sed ideo requirit, quia hoc ipsum in nobis reliquum esse li-  
 quidò testatur ipso opere generationis nostræ, ubi dat unicui-  
 que pedes ad ingrediendum, quos certe non vult esse veloces  
 ad malitiam, sed ad pietatem: dat aures ad audiendum: indit  
 animam intelligentem: indit conscientiam de Deo & cultu  
 divini nominis.

Potest

X X V.

Potest igitur homo non renatus accedere imo a currere a) Rom. 10. 16 ad auscultationem verbi, quod olim profelyti, & magi qui b) Ioan. 12. 26 ad Christum veniunt, & b) græci, qui ipsum audire cupiunt, c) Act. 17. & tota Ierosolyma & Iudæa, quæ exit ad Ioannem & accurrunt ad Christum, comprobatur: secundo potest etiam homo audire c) & auscultare, quod Epicurei & Stoici faciunt Philosophi & plebs gentilium. Tertio potest meditari, quod d) Aethiops & Berrhæenses, denique potest e) velle intelligere. Hæc in homine sunt, & hæc Deus exigit, & licet caro reluctetur, tamen vult etiam in non renatis, ut in f) Caino, appetum rationi obtemperare, & nos affectibus frenum iniicere.

a) Rom. 10. 16  
b) Ioan. 12. 26  
c) Act. 17.  
Rom. 7. 18.  
Prou. 18. 1.  
& 9.  
d) Act. 8. 3.  
e) Rom 10. 15.  
Ioan. 6. 44.  
Prou. 19. 21.  
f) Gen. 4. 7.

X X V I.

Hactenus sese extendunt humanæ vires, quid verò iam reliquum, quo minus salutem nobis ipsi conficiamur? Totum salutis opus restat, à quo tantum adhuc absumus, ut ne concupiscendo quidem id attigerimus. Ignoti enim nulla Deus autem verus & consilium de salute generis humani rationi prorsus ignotum omnibus retro seculis, rationi, inquam, corruptæ, quæ non intelligit ea, quæ sunt spiritus Dei, imò ne quidem potest, & tantum abest ut possit, ut etiam inimicitia aduersus Deum, siquidem fide caret, sine qua nemo potest placere Deo.

g) 2. Cor. 3. 5.  
Gen. 6. & 8.  
1. Cor. 2. 14.  
Es. 46. 6.  
Ioh. 3. 5.  
h) Act. 17. 23.  
Rom. 16. 25.  
Eph. 3. 9.  
Col. 1. 26.  
h) Rom. 8. 6.  
Eph. 2. 3.

X X V I I.

Nonne hoc eripere est, quod dederas? Dediti homini currere, audire, meditari, velle, & iam id ipsum denegas. Haudquaquam id ipsum & aliud dandum nego, aliud est & abiectionissimum, quod homo potest, iterum aliud & excellentissimum, quod non potest. Illud est, hoc est, Potest venire, potest audire, potest expendere, inquirere, velle, quidnam? Velle potest doctior & melior fieri iuxta sapientiam & virtutem huius seculi: non potest venire ad Christum, & Deum, non potest intelligere ea, quæ sunt spiritus Dei, non potest fidem in Christum concipere, non potest à peccatis seipsum liberare & Deo servire: atque ita licet voluntas nostra semper sit libera, quoad essentialia & non est liberata quo ad spiritualia

i) Ebr. 11. 6.  
k) Rom. 8. 6.  
Ambr. l. 1. de  
Voc. gent. c.  
2. & 3.  
August. de  
fide ad Petru  
c. 31. & 32.  
Tom. 3. fol.  
233a

F

Cum



X X V I I I.

Cum igitur nostrum velle & currere & audire tot para-  
fangis absit a vera fide in Christum & tam longè infra conuer-  
sionem subsideat penitusq; deficiat, & in hoc scopo & sine  
terminetur, γινώσκει ἐπισήμονα καὶ σώφρονα; (sic etenim Athe-  
nienfes philosophi cupiunt γινώσκει cognoscere, quæ sit noua  
doctrina Pauli:) ex eo facile constat & liquido cernitur homi-  
nem ante conuersionem sese naturalibus viribus neq; præpa-  
rare neq; disponere, neq; vllam habere in semetipso ἐπιτηδεύ-  
σκητα & διάθεσις & ἰκανότητα aptitudinem, promptitudinē  
& inclinationem seu dispositionem ad fidem in Christum,  
in ipsa vero conuersione nullum conferre συνέργισμόν & effi-  
cientiam ad obtinendam fidem & comparandam salutem.

l) Act. 17.  
Luth. Tom. 2  
lat. vit. f. 432

m) Conc. Tri-  
dent. sess. 6.  
can. 4. 5. 6.  
Etc.

n) Pro 16. 1. 6  
Rom: 10. 14.  
Es. 53. 1.  
Ioh. 6. 45.

o) Ambros.  
epist. 84.  
p) Luc. 15.  
ouis & drach-  
ma perdit.

q) Luc. 17. 10.  
r) 1. Cor. 3. 7.

s) 1. Cor. 3. 7.  
t) 2. Tim. 4. 7  
u) Augustin.  
hom. 14. T.

x) Rom 7. 24  
1. Cor. 15. 9.  
a) Iob 14. 40.

b) Es. 64. 6.  
c) 1. Cor. 1. 20.  
E. 2. 14.

X X I X.

Euanescit igitur illud Erasmi MODICVLVM, & im-  
pius est canon m Tridentinus, qui statuit liberum hominis  
arbitrium in conuersione Deo cooperari, sese erigere & præ-  
parare, ac disponere, Deoq; assentiri.

X X X.

Veruntamen dum homo hoc agit, n interim gratia Dei  
& spiritus sanctus per verbum & per sacramenta illud efficit,  
vt o voluntas nostra peccato corrupta, vanitatibus ebria, se-  
ductionibus circumsepta non remaneat in languoribus suis,  
sed per opem misericordis medici curata reualescat, & gaudeat  
se NON INTERROGANTEM EDOCTA M  
& non p quærentem esse quæsitam.

X X X I.

Quamobrem etsi fecerimus, q quod debemus, tamen fere-  
ui inutiles sumus: neq; quidquam est qui r plantat vel ri-  
gat. Si enim nihil habemus s, nisi quod accepimus, quid glo-  
riabimur? Ac tametsi Apostolus t dicat, bonum certamen  
certavi, cursum consummaui, fidem custodiui: tamen vicif-  
sim audit: u Da veniam, Apostole, propria tua non noui x  
nisi mala.

X X X I I.

Adeo per peccatum natura deprauata est, vt non sit a mun-  
dus de immundo natus sanguine, sed vniuersæ b nostræ iusti-  
tiæ, vt pannus menstruatæ, vniuersaque mūdi sapientia c Deo  
sit stul-

fit stultitia & omnis cogitatio d cordis humani ab ineunte d) Gen. 6.14.  
ætare malitiosa. & 8. 21.

X X X I I I.

Quorsum hæc de nostris viribus? Hæc eò pertinent, vt,  
agnita nostra infirmitate vni Deo laudem nostræ salutis in  
solidum ascribamus. Nam e si nemo hominum intelligit e) pro. 20. 24  
viam suam, necesse est vt Dominus viam viri dirigat; & si  
nos f sumus de nihilo, & opus nostrum est ex eo, quod non f) Es. 41. 24.  
est, Deus erit, qui vocat g ea, quæ non sunt, vt sint: Ac quan- g) Rom. 4. 17.  
do h Dominus nos conuertit, tunc conuertimur. Matth. 16. h) Ier. 31. 18.  
17. Ioh. 6. 44. Ioh. 1. 10. 11. 12. Ioh. 3. 5.

X X X I V.

Hinc euidentissimè patet, Dei voluntatem in nostra con-  
uersione antecedere, & non modo velle nos conuerti, sed eti-  
am per verbum & sacramenta conuertere.

X X X V.

In impiorum exitio contraria est ratio. Deus enim non i) Ambros. de  
vult iniquitatem, neq; delectatur k morte impij: inuidia 2. c. 2. 3. 4.  
l autem diaboli per vnum hominem m peccatum & stipen- Ps. 5. 5.  
dium peccati mors intrauit in mundum, atq; ita in omnes ho- k) Ezech. 18.  
mines peruasit: n omnesq; homines sua à Deo ἀποστασία, qua l) Sap. 2. 24.  
Adam à Deo defecit ad diabolum, sub ἀπειθειάπο increduli- m) Rom. 5. 12.  
tatem conclusi sunt, & instigante diabolo seipsos vasa piræ 1. Cor. 15. 21.  
ad æternam damnationem effecerunt. n) Ebr. 3. 12.  
& 18. 19.

X X X V I.

Non prædestinati sunt mali ad hoc, q quod malè operan- o) Ro. 11. 31. 20  
tur, à concupiscentia sua abstructi & illecti, sed ad hoc, quod p) Rom. 9. 22.  
iustè patiuntur inuiti. Prædestinationis enim nomine non Marc. 16. 16.  
aliqua voluntatis humanæ coactitia necessitas exprimitur, Matth. 13. 58.  
sed misericors & iusta futuri operis diuini sempiterna dispo- q) Fulgent.  
silio prædicatur. l. 1. ad Mon.

X X X V I I.

Atq; ita sicut peccatum in Deo non est, ita peccatum ex Idem Ibid.  
Deo non est. Opus eius itaq; peccatum non est. Quod autem  
nunquam fuit in opere eius, nunquam fuit in prædestinatione  
eius.

F 3

Quia

X X X V I I I.

r) Augustin.  
l. de predest.  
c. 15.

Quia verò r omnia vel adiuuante Domino perficiuntur, vel deserente permittuntur: Idcirco veteres voluntatem Dei hoc respectu distinxerunt, & priorem illam speciem, de qua hætenus dictum est, εὐδοκίαν beneplacitum nominarunt: hanc verò, qua Deus peccata fieri sinit, σὺγχωσικὴν appellarunt.

X X X I X.

Bona etenim ex Deo originem habent: mala verò ex diabolo & voluntate nostra proueniunt, quæ quidem Deus minimè adiuuat, neq; tamen omninò ociosus spectator est, qui sinat omnia cæco fortunæ casusq; impetu sursum & deorsum ferri.

X L.

Sed peccata ne fiant seuerè prohibet, nihilq; intermittit eorum, quæ hominem à peccato retrahere possint: postquã autem contra Dei voluntatem ex impia hominis voluntate peccata eruperunt, metas addit & certos constituit terminos, ne amplius & latius vagentur, & plus incommodi adferant, quàm ipsi visum est: vititur etiam peccatis ad pœnam impiorũ, & ipsos tandem peccati autores, nisi pœnitentiam agant, grauius punit.

X L I.

Damasc. orth  
f. l. 2. c. 29. Permissio hæc Dei, respectu peccantium, qui in eo dissi- dent, quod alij agunt, alij non agunt pœnitentiam, duplex est. Nam etsi Deus sinit aliquando pios in peccata suo pte vitio labi, vt Dauidem in adulterium, Petrum in abnegationem, tamen, quia pœnitentiam agunt, vicissim eos in gratiam recipit, atq; ita istorum respectu permissio illa & derelictio est δικονομικὴ & παιδευτικὴ, quæ pœnitentibus id commodi adfert, vt suam infirmitatem agnoscant, & grauiora scelera diligentius vitent.

X L I I.

Psal. 81. 13.  
Ier. 18. 17.  
s) August. l.  
12. de C. D.  
c. 7.

Qui verò in peccatis perseuerant, illos profus deserit, quæ desertione ipsorum excæcatio & induratio sua sponte sequitur. In his etenim s malis non quærimus causam efficientem quæ proueniunt à deficiente. Sunt enim defectus & priuationes. Proinde hæc desertio rectè ἀπογνωσικὴ nominatur, qua Deus

Deus sui verbi contemptores sui spiritus gratia priuat, quia vo-  
lunt, & in æternum exitium ruere finit.

*X L I I I.*

Hæc de distinctione diuinæ voluntatis ex verbo Dei pos-  
sumus asserere. Quod t̄ scholastici distinguunt voluntatem be- t) *Lomb. l. 1.*  
neplaciti & voluntatem signi, id neq; verbo Dei comproba- *dist. 42. art.*  
runt, neq; ita, vt intelligi queat, explicuerunt. *7.*

*X L I V.*

Perniciosius autem errant Calviniani, ex quorum secta  
Petrus Martyr u) de gemina Dei voluntate ista tradit, quod u) *P. Mar-*  
voluntas signi sit in ijs, quæ Deus nobis aliquibus signis aut *tyr L. C. clas-*  
verbo aliquomodo reuelauit, quod autem sibi soli vt secre- *se prim. c. 17*  
tum & arcanum retinuit, id ad voluntatem beneplaciti per- *art. 38.*  
tineat.

*X L V.*

Et quod arcana illa voluntate Deus voluerit Ada-  
mum labi, tametsi voluntate signi id prohibuerat, Deum  
enim, inquit, Adamum voluisse cadere dubitari non po-  
test, alioquin non cecidisset. Voluit autem cadere, non qui-  
dem ratione peccati, sed vt eo lapsu ad patefaciendas opes &  
immenfas diuitias suæ bonitatis vteretur, ostenderetq; se non  
tantum potuisse hominem integrum atq; perfectum efficere,  
verum etiam lapsum & perditum restituere.

*X L V I.*

Quæ cum absq; scripturarum autoritate dicantur, ideo  
qua facilitate asseruntur, eadem reijciuntur, idq; eo magis,  
quod in Deo duas contradictorias voluntates statuunt, Deum  
peccati causam & auctorem faciunt, hominibus hac ad de-  
sperationem illac ad securitatem & peccandi licentiam por-  
tam aperiuunt.

*X L V I I.*

Ab effectis autem diuinæ voluntatis scriptura vicissim  
quinq; gradus ὑπαλλήλων, x minimè ἐναντίως diuinæ volun-  
tatis ostendit.

x) *August. l.*  
*6. contra pe-*  
*lagianos.*  
*Ambros. l. 2.*  
*de vocatione*  
*gent. cap. 8.*

*Hiernoymus*  
*in epist: E-*  
*phes: c. 2.*  
*Fulgent: l. 1.*  
*ad Mon:*

Præscientiam τῆς πρόγνωσις hic omittimus, cum supra ad sapientiam Dei relata sit. Primus itaq; gradus diuinæ voluntatis est πρόνοια providentia, qua Deus vniuersa in mundo non modo nouit antequam fiant, sed omnia gubernat, bona adiuuando, mala cohibendo & puniendo.

y) *Act: 4. 28.*  
*Act: 5. 38.*  
*Act: 20. 27.*  
*Ephes. 1. 7.*  
*Phil. 2. 6.*  
*Col: 10. 14.*  
*Tit: 3. 4.*  
*Gal. 4. 4.*  
*Ebr: 1. 2.*  
*Rom. 16. 25.*  
*Eph: 3. 9.*  
*2. Tim: 1. 9.*  
*Tit: 1. 1.*  
*Col. 1. 26.*

Alter gradus pertinet ad personam & officium Saluatoris nostri Iesu Christi, quem y pater æterno & immutabili decreto voluit propter nos homines & propter nostram salutem de cælo descendere, hominem fieri, pati, mori, ad inferos descendere, gloriose resurgere, ad cælos ascendere, & in Thronum gloriæ & Maiestatis diuinæ assumptam nostram carnem euehere, vt in ea & per eam sibi ecclesiam colligat, eam viuificet & regat, ac tandem iudex sit viuorum & mortuorum. Hoc est arcanum illud consilium Dei & mysterium omnibus retro seculis tacitum, nunc autem patefactum per scripturas prophetarum secundum præceptum æterni Dei

L.

z) *Tit. 3. 4.*  
*Matth. 18. 14.*  
*Ezech. 33. 11.*  
*1. Cor. 13. 24.*  
*Sap. 1. 13.*  
*2. 23.*  
*1. Tim. 2. 4.*  
*2. Pet. 3. 9.*  
*1. Ioh. 2. 2.*  
*Matth. 11. 26.*  
*Ioh. 3. 16.*  
*1. Ioh. 4. 9.*

Tertius gradus est χρηστότης ζ & φιλανθρωπία ineffabilis Dei bonitas & misericordia, qua omnes & singulos homines diligit, etiam, tum cum adhuc sunt inimici eius, & vult omnes & singulos homines ad Christum venire, & vult audire, per fidem in Christum saluos fieri. Hæc est illa vniuersalis Dei voluntas & vocatio, qua omnes homines vocat & serio vult euangelium amplecti: neq; solum vult & mandat, sed ipse quoque ex sua parte nihil prætermittit eorum, quæ ad salutem nostram promouendam sunt necessaria.

L I.

a) *Rom. 5. 12.*  
*1. Cor. 15. 21.*

Atq; hæc vniuersalis Dei voluntas omnes & singulos homines complectitur nullo penitus excepto. Nam a sicut in Adamo contra Dei voluntatem & præter Dei prædestinationem lapso omnes homines immutabili Dei iustitiæ æternæ morti adiudicati fuerunt, ita voluntas & benignissimum



simum clementissimi Dei consilium ac decretum est, vt in Christo omnes, nullo penitus excepto, reparentur.

LII.

Etsi autem non omnes Euangelium amplectuntur & per fidem in Christum saluantur, non tamen idcirco veritas Dei euacuatur. Non enim absoluta & coactitia, βία violenta voluntate & vi b nos ad salutem rapit & impellit, sed iubet nos Filium audire, & per verbum trahit volentem non repugnantem, vt supra declaratum est, ordini diuinitus sancito.

b) Ioh. 6. 44.

Matth. 17. 5.

2. Pet. 1. 19.

Rom. 10. 16.

LIII.

Ex quo satis liquet, quid respondendum sit ad Calvinianorum sophisma, quo absolutam suam & βίαν prædestinationem stabiliunt, quando ita ratiocinantur. Voluntas Dei est immutabilis, & voluntati diuinæ nemo potest resistere. Si itaq; voluntas Dei est, vt omnes homines saluentur, nemo poterit non saluari. Cum vero plurimi pereant, apparet voluntatem Dei non esse vniuersalem, quæ sese ad singulos extendet.

Rom. 9. 19.

Pf. 75. 8.

LIV.

Responsio expedita est, quod Calviniani faciant παραλογισμὸν ψευδογράφου, & admittant fallaciam compositionis & diuisionis, propterea quod determinationem diuinæ voluntatis, quam scriptura tantopere vrget, temerario ausu omittunt. Non enim hæc est voluntas Dei, vt simpliciter omnes homines saluentur, siue credant siue non: sed hæc est vniuersalis Dei voluntas, vt omnes Euangelium audiant, ex Euangelio fidem in Christum concipiant, & fide in Christum saluentur. Itaq; illi, qui huic ordini non obtemperant, repugnant quidem, quantum in ipsis est voluntati diuinæ, eam tamen nullo modo euertere aut irritam facere possunt.

LV.

Si Deus simpliciter & absolute decreuisset omnes ho-  
mines

mines



*Chrysof.* *bom: de con-* *uerfione* *Pauli.* *imines* saluari sine respectu fidei, tum necessario sequeretur, quod illi, qui non saluantur, fortiores & potentiores essent decreto Dei, & quod Deus id quod vult in istis perficere non posset. Iam verò de tali absoluto Dei decreto vel vniuersali vel etiam particulari ne gry quidem in biblijs reperitur. Sed hoc est consilium & voluntas Dei, vt audiamus Filium & per fidem in Christum saluemur: Et cum iam nostra sit potestate vel audire vel negligere, vt supra monstratum, idcirco qui non audiunt, non illi conditionale Dei decretum evertunt, sed suam voluntatem subtrahunt seq; ipsos sponte excludunt, Deiq; consilium aspernantur, & seipfos Dei gratis indignos faciunt.

LVI.

*c) Beza in* *coll. Momp.* *fol. 510.* *Daneus l. 1.* *sent: dist: 46.* *c. 3.* Proinde nulla hæc est ratio, propter quam vel Bezae vel Danaeo assentiamur, qui contendunt, quod vocabulum, πάντες, omnes, in vniuersalibus promissionibus indefinite significet, quosuis, non autem vniuersaliter omnes, & demonstrat genera singulorum, non autem singulos generum.

LVII.

*d) Ebr. 6.17.* *Rom. 3. 3.* Manent itaq; consilia d Dei ἀμεταμίλητα, non ratione hominum, quod illi gratia Dei excidere nequeant, cum Dauid & Iudas exciderint diuerso exitu, & spiritus immundus semel expulsus ab homine reuertatur: sed ratione Dei, tum quia ipse immutabilis, tum quia modus & determinatio promissionibus addita, qua vult audiri filium, est invariabilis & eadem in omnes. Quo pacto e ἀμεταμίλητα manent χάρισματα Dei & vocatio.

LVIII.

*f) Mat. 20.16.* *g) 2. Tim. 2.* *19.* *b) Act. 13. 48* Quartus gradus est ἐκλογή electio & προορισμός prædestinatio, quæ nec omnes homines, nec omnes vocatos, sed credentes solummodo concernit. *f* Multi enim sunt vocati, pauci electi. Et solidum *g* fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Nouit Dominus qui sint sui: vt etiam in *b* Actis dicitur: Et *b* crediderunt, quotquot ad vitam æternam ordinati erant.

Hic

## LIX.

Hic est ille liber i vitæ intus & foris, hoc est, in veteri & *i. Apoc. 5.*  
 novo testamento scriptus, & septem sigillis obfignatus. *Apoc. 3. 11*  
 Scriptura huius libri sunt nomina electorum. Ille etenim *Phil. 4. 3.*  
 lummodo salvatur qui inventus est in scriptis libro: impij *Dan. 12. 13.*  
 deleti sunt suo pte vitio de libro viventium: & qui non in *1 Ps 86. 29.*  
 venitur in libro, mittitur in stagnum: neque in cælestem *m Apoc. 20.*  
 Hierosolimam ingredietur quicquid polluit, & quidquid *15.*  
 abominationem facit & mendacium, nisi soli illi, qui in li- *n Apoc. 21.*  
 bro vitæ Agni scripti sunt. *27.*

## LX.

Licet autem Christus sit hic liber, & nemo neque in cœ-  
 lo, neque in terra neque sub terra eum vel aperire vel vi-  
 dere possit: Vnde etiam non inmeritò nostram miseriam  
 cum Iohanne deploramus, quod nos ipsi nostra malitia non *Apocal. 5.*  
 modo nostra nomina induxerimus, sed oculos mentis nos-  
 tra adeo obscuraverimus, ut librum electionis aspicere nul-  
 lo modo possimus: Tamen perripit & vicit Leo de tribu Iu-  
 da, radix Davidis, Dominus noster Iesus Christus, ut aperiret  
 librum & solveret septem signacula eius. Quorum itaque  
 nomina scripta sint in libro vitæ, prædestinationis & elec- *o Iob. 18.*  
 tionis id quidem nemo hominum vel Angelorum vidit  
 unquam, sed unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse  
 enarravit.

## LXI.

Christus igitur affirmat, quod omnis p qui baptizatus p *Marc. 16.*  
 fuerit & crediderit certò salvus futurus sit, & quod omnis *16.*  
 qui audit & discit ad Christum veniat. *q Iob. 5. 43.*

## LXII.

Quam obrem si de eo certi esse volumus, utrum nostra  
 quoque nomina in librum vitæ inscripta sint, vel, utrum præ *Rom. 1. 8. 6.*  
 destinati simus, non debemus equidem in senatum Sanctæ  
 Trinitatis ascendere & Maiestatis ac sapientiæ divinæ arca-  
 na perscrutari velle, hoc enim est Christum de coelo detra-  
 here: neque etiam in cordium nostrorum profunditate &  
 abyssu arcanos & peculiares motus urinando pervestigabi-  
 mus

G

mus, hoc enim est Christum a mortuis reducere; sed id ani-  
madvertere debemus, utrum baptizati simus, utrum verbum  
non modo audiamus, sed etiam retineamus in corde bono  
& honesto & fructum feramus in patientia.

LXIII.

Quicumque igitur baptizatus est, ille Christum induit,  
& quicumque verbum Dei audit, & firma fide ampeletitur,  
atque fructus fidei profert, nullo modo dubitare potest, quod  
prædestinatus sit, & in libro vitæ adscriptus, modo in pie-  
tatis cursu perseveret & retineat fidem ac bonam conscientiam:  
tum quoque reportabit coronam gloriæ.

LXIV.

*v. Rom. 11. 22* Electioni ex adverso opponitur *v. ἀποροπία* severitas &  
justitia Dei, qua eos, qui nolunt audire Filium, propter  
*ἀπιστίαν* incredulitatem condemnat, qui ultimus est gradus di-  
vinæ voluntatis.

LXV.

*v. Is. 28. 21.* Quia vero Deus non vult quenquam perire, sed vult  
omnes ad agnitionem veritatis venire, sicut in propheta iur-  
rat: Ideo facile intelligimus, hoc iræ & opus alienum Dei  
opus esse quod nihilominus propter iustitiam suam exequi-  
tur.

LXVI.

*v. Ezech. 18.* Neque causam sui exitij increduli constituere possunt  
*v. 83.* Dei voluntatem & prædestinationem, quasi à Deo absoluto  
*Osee 13. 9.* aliquo & inevitabili decreto ad interitum destinati sint,  
*Esai. 59. 1.* quod Calvinus, Beza, Martyr blasphemio ore & calamo  
*Esai. 9. 12.* affirmant, sed & causa pœnæ penes ipsos residet illa ipsa, quod  
*Matth. 23.* nolunt Filium audire: itaque manent in *ἀπιστία* & in peccatis  
suis tandem pereunt.

LXVII.

*Luc. 13. 34.* In utroque gradu errant Calviniani dupliciter. Pri-  
mum in eo, quod absque scriptura & contra scripturam ex  
suo ingenio *ἀσποφάρτυρι* comminiscuntur communem aliquam  
materiam omnium hominum neque bonam neque malam,  
ex qua Deus creaverit hominum alios bonos alios malos:  
cum

cum scriptura disertè affirmet terram fuisse bonam è cuius  
gleba condidit hominem, & Deum condidisse hominem ad  
imaginem suam inexterminabilem, & inspirasse illi spiraculum  
vitaë.

LXVIII.

Homo verò sua propria voluntate factus est apostata &  
seipsum prima morte affecit.

LXIX.

Reperit igitur Deus omnes homines sibi hostes infensissimos,  
& filios iræ, sub peccato venundatos, & vult penitus omnes  
reparare, sed non absoluta aliqua vi, verum sibi placente medio,  
per Evangelium, quod audiri mandat.

LXX.

Eos qui audiunt & in fide constantes perseverant, eligit  
& prædestinat & æterna beatitudine donat; eos verò qui  
Christum contemnunt merito excludit.

LXXI.

Hic unus est error, alter in eo est, quod præscientiam  
Dei cum prædestinatione, & prædestinationem cum iustitia  
divina indoctè & impie confundunt, & ad ea tandem absurda  
delabuntur, ut duas in Deo contrarias voluntates statuere,  
Deum auctorem exitij impiorum facere non erubescant.

LXXII.

Sed hæc sibi fusius explicantur, quemadmodum etiam de fructu  
huius doctrinæ alio loco & tempore disserendum est.

LXXIII.

Hæc de voluntate Dei ad creaturas relata, quantum ex verbo  
Dei scimus, dicta sufficiant.

## CAPVT OCTAVVM.

### De Omnipotentia Dei.

G 2

Thesis

*Thesis. I.*

**D**EI voluntati rectissimo ordine succedit potentia, quia: quaecumque voluit fecit, in caelo, & in terra. Idque iterum respectu hominis, in quo vires & robor rationi & voluntati paret.

*II.*

*Arist. 10.*  
*Ethic. 8.* Quod autem Deus sit omnipotens ne ethnici quidem dubitarunt, a quibus mundi opifex. Deus *παντοδυναμος* & *παντοκρατωρ* nominatus est, cum quibus convenit etiam illud, quod Deus sit *αὐτάρξης* seipso ad perfectionem absolutam & maiestatem contentus & omnibus sufficiens, nulla re indigens, & *μακάριος* beatus.

*III.*

*a. Exod. 6. 3.*  
*b. Matth. 19. 26.*  
*Marc. 14. 36.*  
*c. Luc. 1. 37.*  
*d. Job. 42. 2.* Ipse vero Deus nomen *a* Schaddai sibi vendicat, quod Deum omnipotentem significat: Et salvator inquit: *b* omniaabilia sunt apud Deum: Et Angelus ad Mariam: *c* Apud Deum non est impossibile omnne verbum. Et Job: *d* scio Domine quod possis omnia, & nulla te lateat cogitatio.

*IV.*

Atque hæc Dei omnipotentia in scriptura sæpe brachium nuncupatur: Exo: 6. 6. Ps: 43. 4. Ps: 78. d. 88. b. Act. 13. & dextera & manus, Ps: 110. virtus & potentia, Ps: 20. 1. 28. a. 45. a. Matth. 26. Luc: 4. c. Eph. 1. d. Apoc: 4. d. 7. c. manus non abbreviata. Es: 50. a. & 59. a. Ps: 8. b. 18. a. 20. b.

*V.*

Quandoquidem autem simplicissima est Dei essentia, idcirco omnipotentia non est quiddam ab essentia divina diversum, aut velut accidens inhaerens, aut velut pars quaedam. Nam & philosophus Ethnicus pronunciavit ridiculum & *φωτιστόν* esse eiusmodi virtutem in Deo statuere, qualis est in homine.

*VI.*

Verum hic de absoluta Dei omnipotentia, quæ est ipsa Deitas, non agimus, sed de relativa, quæ in operibus Dei nobis ob oculos est constituta, quæ Deus omnia in caelo & in terra.

inter ra facit & moderaur, ostensa in creatione omnium ex  
nihilō, tot miraculis comprobata, tā gloriosa nostri generis  
redemptione patefacta, d. quæ est actualis Dei & *ἰσχυρῆς* poten- *d. Luth. T. 27*  
tia, qua potenter facit omnia in omnibus. *Vit. lat.*  
*f. 457. b.*

VII.

Quæ cum ita sint, inanis & obscura profecto est Cal-  
uinianorum diligentia, qui inter *δύναμιν* potentiam & *ἐξουσίαν*  
potestatem operose distinguunt, ut *δύναμις* insitam vim, *ἐξουσία*  
efficacem eius operationem & *τὸ αὐτεξέσσιον*, licentiam exercen-  
di suum robur significet.

VIII.

Vndè longius progrediuntur, & contendunt, Christo da-  
tam quidem *ἐξουσίαν*, id est, facultatem exercendi suam vim di-  
vinam & factam potestatem exercendi suum officium.

IX.

Atque ita quando nos urgemus scripturæ testimonia,  
quæ perspicue affirmant Christo in tempore datam esse om-  
nem potestatem in cælo & in terra, Matth. 28. indeque con-  
cludimus, Christo iuxta humanam naturam datam esse  
omnem potestatem, cum in tempore iuxta divinitatem dari  
nequeat: illi effugium in vocabulo quærunt, & omnis po-  
testatis traditionem ad divinitatem Christi referunt, ac di-  
cunt, eam donationem omnipotentia nihil quicquā ipsius  
divinitati detrudere. Natura enim, inquiunt, habet *πᾶσαν δύνα-  
μιν*, & est Deus omnipotens, *πᾶσα* verò *ἐξουσία*, id est, facultas  
usurpandi eam omnipotentiam eidem *λόγῳ* in arcano con-  
cilio S. Trinitatis data est.

X.

Verùm nimis friuola hæc est scripturarū elusio. Primum  
enim scriptura certum tempus definit, quo Christo omnis  
potestas data sit, utpote Dan. 7. & Matth. 28. deinde homini  
eam datam esse affirmat, Psal. 8. Ebr. 1. Qua de re alibi copio- *e. Luc. 22.*  
sius. *69.*

XI.

Ipsa vero vocabula quod attinet, ea sanè indiscrete *Luc. 9. 1.*  
usurpantur. Nam de Apostolis Luc. 9. 1. dicitur, quod Do- *Matth. 9. 6.*  
minus illis dederit, *δύναμιν* & *ἐξουσίαν* in dæmones. De Christo *Ioan. 10. 18.*  
Ideo *Ioan. 17. 2:*  
*Act. 2. 7.*

vero Apostolus Petrus, Act. 10. 38. asserit, quod Deus ipsum vixerit spiritu & *δυνάμει* virtute: quali autem virtute? Haudquaquam finita & creatitia, sed divina & infinita. Quia Deus erat cum eo: Ideoque divina virtute instructus secundum assumptam carnem circumvixit benefaciens & sanans omnem qui sub diaboli potestate redactus fuerat.

XII.

An Deus plura possit, quam quæ nobis ex creationis & redemptionis opere constant indigna Christianis quæstio est.

XIII.

*f Plin. l. 2.  
c. 7.  
natur. hist.* Blasphema verò Plinij vox: Deum idcirco non esse omnipotentem, quod mortem sibi consciscere, si velit, non possit, quod homini dederit optimam in tantis vitæ poenis: nec mortales æternitate donare, aut revocare defunctos, nec facere, ut qui vixit non vixerit, & ut bis dena non sint viginti.

XIV.

Nam si mori posse potentiam & *κράτος* robur significat, tum imbelles muscæ leonibus & robustissimis belvis erunt robustiores. Quod cum sit ridiculum, facile apparet, quam turpiter iste Epicureus nugetur. Cum enim mori & quæ sunt huius generis alia, utpote mentiri, seipsum destruere, scelera perpetrare non sit potentia, sed infirmitatis, non perfectionis & *ἀυταρχείας*, sed defectus, idcirco in perfectissimo bono locum non habent.

XV.

*Arist. l. 6.  
Eth. c. 2.* Difficilior apparet quæstio de Agathonis sententia: *μόνος γὰρ αὐτῶ καὶ θεὸς ἐπίσκεπται ἀγῶντας ποιεῖν ἅσ' ἂν ἢ πεπραγμένα.*

Hoc unico Deus ipse etiam destituitur, ut possit infecta reddere, quæ facta sunt.

XVI.

Sed expedita quoque responsio. Nam primum in vocibus *τῶ ἀγώντος καὶ τῶ πεπραγμένους* facti & infecti est ambiguitas. Possunt enim accipi dupliciter, vel *ἐν προοδίσει*, ita ut res ipsas & subiecta facta & infecta significant, vel *ἐν ἀφαιρίσει*, ut tempus & actum seu *τὸ γίνεσθαι* ipsum fieri notent. De rebus ipsis inter Christianos certè nulla est quæstio. Deus enim



enim res omnes, quæ factæ sunt in nihilum posset reducere, si vellet, sicuti omnia ex nihilo condidit, & quemadmodum potest τὰ μὴ ὄντα facere ut sint, ita vicissim potest τὰ ὄντα interi- mere. Non modo in vitam profert homines, sed eos in pul- verem quoque interire sinit, & mortuos vicissim excitare potest. Quare istud extra quæstionem est apud Christianos.

### XVII.

Utrum verò Deus ipsum γίνεσθαι & fieri vel τὸ ποιεῖν quan- do in actu est, aut in actu fuit, possit efficere ut sit μὴ γίνεσθαι vel μὴ ποιεῖν ἢ ποιῆσαι, id quam vim habeat inde liquet. Quic- quid fit, vel fit à causis secundis gubernante & moderante Deo, vel fit immediatè à prima causa ipso Deo. De utro as- seras, quod, quando fit aut factum est, non fieri aut non fa- ctum esse, in Deum inducis contraria. Nam si quæras d' actione Dei immediata an Deus tum cum creavit mundum potuerit simul eo ipso actu non creare, ridicula quæstio est. Quomodo enim simul crearet & non crearet ipse idem unus simplicissimus & purissimus actus. An potuerit susper- dere & differre creationem in quæstionem non venit. quando manum attollis, facis id Deo adiuvante & gub- nante, Act. 17. Hic si quæras an Deus facere possit, quando manum attollis non attollas, aut, quando iam sus- listi ut non sustuleris, res eodem redit. Nam idem est ac quæras, an cum Deus te adiuverit vel fuerit manum erige- re, eo ipso momento non fuerit & non adiuverit. Ut in priori genere in Deo statuatur δέλημα προηγέμενον ἀντιφατικόν, in posteriore δέλημα ἐσθόμενον ἐναντίον κατὰ τὸ αὐτὸ. Nam utrum potue- rit impedire, & inhibere tuam actionem, de eo non est quæ- sti, sed id agitur, an tum, quando tuam actionem admittit, dum admittit, potuerit simul admittere, & non admittere & post- quam admissa est possit non admisisse. Plana responsio, istam ἐναντιότητα divinitatis simplicitati & puritati adversari, ideoque Deum nec in seipso nec in creaturis contradictoria & simpliciter contraria simul concedere velle.

CAPVT

# CAPVT NONVM.

## De Dei Iusticia.

### Thesis I.

*ca Psal. 24.* **O**Mnipotentiam Dei iusticia ipsius & misericordia quali  
*10.* moderantur. a Vniuersæ enim viæ Domini misericordia  
& veritas requirentibus testamentum eius.

### II.

Est autem iusticia Dei illa *ἀνεγκυριχὴ*, qua facit id, quod  
Deo est conueniens, bonis gratias suas conferendo, & malis  
iustissimas poenas irrogando.

### III.

*ib Psal. 72.2* Iustitiæ divinæ in primis aduersari videtur inæquali  
lis fortuna mortalium, qua fit, ut sæpè floreat impii, pre  
mantur pii: de qua re *b* etiam Asaph queritur, & dicit se  
penè in eo lapsum fuisse: deque Dei iusticia subdubitare in  
cepisse: Et hominibus alioquin piis sæpè contingit in hæc  
dubitationes incidere.

### IV.

*Matth. 10.* A deo verum, quod iusticia Dei misericordia sit tem  
perata, ut temporalia commoda etiam det indignis, solem  
oriri sinat & pluat super bonos & malos.

### V.

*ca August.* Quare noli pro magno, inquit ille, *c* ab eo expectare  
*in Psal. 73.* bonum, quod dat & non bono. Nam si pro magno ea da  
*I. 8. f. 803.* ret, malis ea non daret. Ideo autem ea voluit dare & malis,  
ut discant boni aliud ab eo quærere, quod non dat & ma  
lis.

### VI.

*ad August. in* Et quid Asaph ad hoc ipsum dubium? Hoc labor  
*explicatio-* est ante me. Verè *d* magnus labor cognoscere, quomodo &  
*ne eius* Deus curet res humanas, & benè sit malis & laborent boni.  
*Psal. 72.* Magna vis quæstionis.

See

VII.

Sed quam diu labor ante te? Donec, inquit, introeam in sanctuarium Dei, & intelligam in novissima. Magna res, fratres. Tam diu laboro, inquit, & ante faciem meam laborem quendam quasi inextricabilem video, ut cognoscam, quomodo & iustus sit Deus, & res humanas curet, & non sit iniquus, quod peccatores felicitatem habent in hac terra, pij verò & Deo seruiantes in tentationibus plerumque & in laboribus fatigantur. Magna difficultas est hoc scire: sed donec introeam in sanctuarium Dei. In sanctuario enim Dei quid tibi præstatur, vt soluas hanc quæstionem? Et intelligam, inquit, in nouissima, non in præsentia. Ego, inquit, de sanctuario Dei intendo oculum in finem, præsentia transgredior. Testum hoc, quod vocatur humanum genus, omnis ista massa mortalitatis ventura est ad examen, ventura est ad libram, appendentur ibi opera hominum. Luc. 16. Matth. 25. Sap. 5.

CAPVT DECIMVM.

De misericordia & φιλανθρωπία Dei.

I.

Misericordia & φιλανθρωπία Dei in opere redemptionis luculentissimè apparet, quòd<sup>a</sup> Deus non ex operibus Iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam seruauit nos, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti.

a Tit. 3. 5.  
Iohan. 3. 16.  
1. Ioh. 4. 9.

II.

Sed præter hanc, quæ omnibus hominibus declarata est Dei benignitas, illa quoq; peculiaris est, quod si post regenerationem in peccata prolabamur, ipse nos vicissim quærit, & erigit, neq; arundinem<sup>b</sup> concussam penitus frangit, vel lychnum fumigantem prorsus extinguit: quo Catharorum & Nouatianorum error reprimitur.

b Ies. 42. 3.  
Matth. 12. 13.

H

Deniq



III.

a *ibre. 3. 22.*

Deniq; id quoq; misericordiae Domini opus est, a quod tot undique nos vrgentibus diaboli insidijs, & mundi fraudibus non consumimur, sed in medijs periculis conseruamur, & misericordiam eius quotidie omnibusque momentis nouam quasiq; renascentem experimur.

IV.

b *Psal. 120. 4.*

c *Esa. 69. 14.*

Actametfr aliquando dormire videtur, b tamen nec dormit nec dormitat, qui custodit Israel: Proinde e si dicat quispiam in ærumnis constitutus: Dereliquit me Dominus, & Dominus est oblitus mei. Ipse respondet ilico: Num quid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper.

CAPVT XI.

De Omnipresentia.

THESIS I.

**A**N Deus absens an praesens opera omnipotentiae, iustitiae & misericordiae suae exequatur digna est quaestio, & a scriptura perspicue explicata. II.

d *Iob. 21. 12.*

Nam Eliphaz Themanites, An cogitas, d inquit, quod Deus excelsior caelo sit, & super stellarum verticem sublimetur? Et dicis, quid .n. novit Deus? & quasi per caliginem indicat. Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines coeli perambulat. III.

Epicureorum haec est sententia, qui ideò Deum à terra & reb. humanis remouent, vt eò licentiùs scelera perpetrent.

IIII.

Sacra verò scriptura disertè affirmat Deum ubiq; praesentem esse, Ier. 23. 24. Ps. 138. 7. Amos 9. 2. Esa. 66. 1. Act. 7. 49. 3. Reg. 8. 27. 2. Par. 6. 18.

Quo-

V.

Quomodo autem Deus ubiq; sit difficile dictu est. Proinde illud iam toties inculcatam repetimus. Multa de Deo intelligimus, quæ penitus eloqui non possumus: multa rursus eloquimur, quæ tamen intelligere non sumus idonei: quod Deus sit ubique, scimus: quomodo autem sit ubiq;, intellectu non capimus.

*a Chrysost. hom. 2. in epi. Ebr. Lombard. l. 3. sent. dist: 36. & 37.*

VI.

Neque tamen illorum sententia veritati consentanea est, qui dixerunt, Deum essentialiter seu per essentiam esse tantum in seipso, sicut Pater in Filio, Filius in patre, & Spiritus sanctus in utroq;. In reliquis verò rebus Deum esse virtute, potentia, efficacia, effectivè vel secundum effectus.

*Lombard. ibid.*

VII.

Nam etsi aliter Deus in seipso est, per ineffabilem personarum S. Trinitatis *ὑπεχώρησιν*, & longè etiam aliter Deus in creaturis adest: Tamen non sola operatione eminens emanante creaturas moderatur. Sed non procul ab vno quoque nostrum est, adeoq; vicinè nobis adest, ut manibus eum contingere queamus, nisi spiritualis natura omnem corporeum contactum effugeret. In ipso enim vivimus, movemur & sumus, Act. 17.

VIII.

Ideoq; rectè dicitur, Deum ipsa sua essentia, *ὄντως* enter, essentialiter, seu per suam essentiam, præsentiam & potentiam ubique adeste, vel in rebus omnibus adeste. potentia diuinitatis suæ in omnibus est, & tamen cum nulla re commiscetur. *Ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἀσπυκοινωνήτων καὶ ἀσύμμετρον ἔσται,* eo quod natura Dei incommunicabilis & incomparabilis est.

*b Epiphani. l. 3. Tom. 2. contra dimaritas.*

IX.

Ubique esse de Deo ita dici videtur, non quod localiter in omni sit loco, (omnino enim in loco esse non potest) sed quod ei omnis locus adsit ad eum capiendum, cum ipse non suscipiatur in loco: Atque ideò nusquam esse in loco dicitur, quoniam ubique est, sed non in loco.

*c Boeth. in libro de Trin. & Vn. Dei ad Symmachum.*

Deus



X.

a Damasc. lib. 1. orth. f. cap. 16.

Deus a cum materia careat & sit ἀπειραγῆτος in loco non est.

XI.

Ipse autem sibiipſi locus est, omnia replens, & super omnia existens, & ipse omnia continens.

XII.

b Esa. 40. 12. 17. 22.

Deus etenim pugillo b metitur aquas, & coelos palmo ponderat, & tribus digitis appendit vastam terræ molem, & librat in pondere montes, & colles in statera. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ.

XIII.

Sciendum igitur, quod Deus sit ἀμερῆς impartibilis & ὅλως ὀλικῶς πανταχῶς totus totaliter ubique, & non in partes corporis more distractus & expansus: ἀλλ' ὅλως ἐν πᾶσι, ἢ ὅλως ὑπὲρ τὸ πᾶν, totus in omnibus & totus super omnia.

XIII.

Damasc. ibid. lib. 1. cap. 16.

Prodigiosa proinde Calvinianorum est calumniandi libido, qui nobis affingunt ubiquitatem expansivam & diffusivam, quasi Christum secundum humanam naturam per omnia locorū spacia corporis dispersione extenderemus, cum id in mentem venire nemini pio potuerit. Nam sicut Deum credimus ubique adesse, ita, ut omnia pulvisculi instar palmo & digitulo comprehendat, omnia contineat & à re nulla contineatur: Ita Christum hominem, vel secundum humanam naturam, ubique esse statuimus, non quod mole corporea per omnia locorum spacia sit expansus, (ita enim nequaquam ὅλος ὀλικῶς sed καὶ μέρος διασπείρεται) adesset) sed quod omnia punctuli instar sibi præsentissima habeat, eaque ipse coram contineat.

XV.

Damasc. ibid. Aug. l. octog. tri. quest. 9. & 2a.

Dicitur autem Deus etiam in loco esse, & appellatur locus Dei, ubi manifesta eius est operatio (ἐν τῷ ἐκδηλωθῆναι ἢ ἐν ἐργα αὐτοῦ γίνεσθαι). Omnia.



## XVI.

Omnia enim ipse penetrat, & cum re nulla commiscetur, & omnibus suæ operationis consortium tradit, secundum cuiusque aptitudinem & capacitatis virtutem.

## XVII.

Appellatur itaque locus Dei, qui plus operationis & gratiæ Dei participat.

## XVIII.

Quapropter cœlum est thronus eius. In cœlo .n. sunt angeli, qui voluntatem eius faciunt, & ipsum celebrant, & faciem eius pro sua capacitate coram aspiciunt.

## XIX.

Proinde Deus non ita in cœlo est, ut interim terra excludatur, sed quia sanctis angelis illustrius & conspectius sese manifestat, quam hominibus in terra, idcirco in cœlo habitare dicitur.

## XX.

Veteres etiam modos præsentia Dei distinxerunt, quos in duos contrahere possumus. Deus enim creaturis adest vel *παρουσιῶς* vel *ὑποστατικῶς*. Prior illa præsentia eius modi est, qua Deus ut alius apud alium præsto est, & per *ἐνεργητικὴν ἢ μεταβατικὴν* sustentationem & operationem in creaturas agit. Posterior est, qua secunda persona diuinitatis in assumpta carne est, non ut *ἄλλο πρὸς ἄλλον*, sed ut *ὁ αὐτὸς* vnus & idem ex duabus & in duabus naturis Christus *θεῶν ὄντων*, qua præsentia *ὁ λόγος* non modo operatione emanante carnem sustentat, sed suam ei *ὑπόστασιν* communicat, & carnem in seipso subsistere facit, & ut Scholastici dixerunt *suppolitat* & substantificat.

## XXI.

Illam separabilem & *παρουσιῶς* præsentiam ex finibus & effectis tripliciter distinguitur. Nam omnibus creaturis in cœlo & in terra hætenus adest, ut illarum naturam conseruet: alia oriri, alia occidere faciat.

H. iij. Arctius.

XXII.

Arctius iungitur Ecclesiae suae militanti in hac terra, in qua praesentiam suam per verbum & Sacramenta omnibus Ecclesiae civibus praestat sine diuerso. Nam fideles ad vitam aeternam conseruat, & fidem ac fidei fructus in illis adauget; in incredulis iudex est & scelerum vindex. Ac ut illi mirifica animi laetitia in Deo, ita hi saepe conscientiae pauoribus Dei praesentiam deprehendunt. 1. Cor. 11. Ioh. 14. 23.

XXIII.

Praesentissime denique adest angelis & ecclesiae triumphanti in caelo absque Verbi & Sacramentorum medijs sese illis revelans. Ac velut angelos & beatos homines inenarrabili gaudio perfundit, Roma. 8. 18. 2. Cor. 12. 4. Apoc. 2. in vita aeterna; ita contra non procul etiam abest a tortura diabolorum & impiorum in inferno, vbi poenas incredulitatis & scelerum ab illis sumit.

CAPVT XII.  
De affectibus Deo tributis.

THESIS I.

a Cyrill. li. 11.  
Thesari cap. 1.

V Sitata regula est a Cyrillo tradita, in Deum non cadunt accidentia: quae ita intelligenda, quod attributa Dei non sint eiusmodi *συμβεβηκότα* quae diuinae essentiae prius existenti postea accesserint, quaeque *ως πνεύματι θεοῦ, ὡς ἐν ἁποκαλύψει* diuinae naturae subiectiue insint, ut ab ea abesse queant. Nam tale accidens in simplicissima & mera essentia locum nullum habet.

II. Neque uero eius regulae sententia est, quam scholastici comminiscuntur, qui omnes a Deo affectus remouent, vt ne misericordiam quidem reliquam faciant.

Cyru. in mem.  
Augusti in libro de essentia diuina.

III. Quibus ita occurrendum est, quod quae de Deo dicuntur in scriptura, non de absoluto & per se considerato, sed de revelato & in creaturas agente Deo sint accipienda: ac proinde licet in simplicissimam eius essentiam affectus non cadant,



eadant, inania tamen non sunt iræ, furoris, lætitiæ, pœnitentiæ, misericordiæ vocabula, quæ de Deo passim prædicantur. *Luther. lib. de seruo arbitrio. & in Ge. 6. 28.*

IV. Itaque affectus notant Dei *εργασίας* in creaturas, quas quidem Deus pro sua liberrima voluntate vel exercere vel inhibere potest, prout ipsi visum fuerit, cūra omnem suæ essentiæ mutationem. Quemadmodum accedere & recedere, sese reuelare & occultare absq; omni sui mutatione pro beneplacito potest.

V. Hoc pacto fixum manet illud, Deum sua essentia esse immutabilem: siquidem <sup>a</sup> non est Deus ut homo, ut mutetur, apud quē non est transmutatio, aut vicissitudinis obumbratio, & qui solus habet immortalitatem. *a Num. 23. 19. Math. 3. 6. Psal. 102. 13. Iai. 1. 17.*

VI. Interim tamen ex verbo Dei certi sumus, quod Deus operationum suarum erga creaturas & maximè erga homines liberrimam facultatem habeat, vt peccatores iam pro iustissima sua ira punire, aut etiam pœnitentiam agentibus pœnas, quas minatus fuerat, remittere possit, quod in exemplo Sodomorum & Niniuitarum clarissimum est.

VII. Ita enim ipse Deus apud Prophetas & grauissimas comminationes, nec non gratissimas consolationes nobis proponit: Inuersum est, <sup>b</sup> inquit, cor meum, pariter perturbata est pœnitudo mea, non faciam furorem iræ meæ, non conuertar, vt disperdam Ephraim: Quoniam ego Deus & non homo. <sup>c</sup> Item, in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna miserus sum tui. *b. Oj. 11. 8. c. Esa. 54. 8. Ier. 31. 3. Esa. 49. 15. Math. 7. 11. Esa. 49. 14.*

VIII. Est autem illud etiam hic repetendum, nihil in Deo *εὐθρόσμων* & *χοιρὸν*, sed diuina & coelestia esse cogitanda omnia, quæ nos quidē satis intelligere nequaquam possumus. *a Augustin. li. 1. contra aduers. legis & Proph. ca. 20. To. 6. col. 606.*

IX. Nam <sup>a</sup> pœnitentia Dei non est post errorem: ira Dei non habet perturbati animi ardorem: misericordia Dei non habet compatientis miserum cor, vnde in latina lingua nomen accepit: Zelus Dei non habet mentis liuorem.

X. Sed

X. Sed poenitentia Dei dicitur rerum in eius potestate constitutarum hominibus inopinata mutatio: Ira Dei est vindicta peccati: Misericordia Dei est bonitas opitulantis: Zelus Dei est prouidentia, qua non finit eos, quos subditos habet, impunè amare, quod prohibet.

### CAPVT XIII.

#### *De membris corporeis Deo tributis.*

##### THESES I.

Augusti. libro  
de essent. di-  
uinitatis.

**V** Bicumq; autem sacra scriptura sparsim per diuinos libros motus in Deo animæ seu humana membra describit: id est, caput, capillos, oculos, palpebras, nares, os, labia, linguam, cor, uterum, manus, dextram, sinistram, digitos seu digitum, brachium, alas, posteriora, pedes. Hæc & alia his similia non carnaliter iuxta historiam à rectè sentientibus intelligenda sunt, sicut à Iudæis, Turcis, & Anthropomorphitis, alijsq; hæreticis, qui Deum corporeum atque carnalem opinantur, cum quibus Calviniani quoq; de dextra Dei & sessione Christi ad dextram planè consentiunt, sed spiritualiter omnia de eo intelligenda & sentienda sunt.

II. Qua de re consulendus liber Augustini de essentia diuinitatis, quem ex opere Hieronymi de membris Dei, & scriptis Augustini ab aliquo concinnatum existimant.

##### *Conclusio.*

Atque hæc dicta sufficiant, ex quibus intelligitur, quod sit Deus & quid sit, quod æternus, omnipotens, misericors, iustus, & quæ sunt generis eiusdem.

F I N I S.

44  $\frac{5}{246}$

(X2010054)

22.




D E  
D

- 1. An sit
- 2. Quid
- 3. Quom
- 4. Qua
- 5. Qua
- 6. Qua

De  
M. S A  
logiae Prof  
Theolo  
SE

De reliquis,  
D  
nibi

Excuc



Farbkarte #13

B.I.G.



3  
S  
RINO  
STA

otentia.  
ia.  
σωπία & bonitas.  
praesentia.  
letitia, zelus &c.  
orea membra Deo  
r.

uxiliante,  
S. THEO-  
oco in facultate  
ME VVES-  
Iulij,

rinitate in verbo  
s alijs disputatio-

93+

W elack.

